

non faciunt, ut eadem dispositio textus extendatur ad alios casus. Textus igitur non præbet doctrinam generalem; sed particularem illius voti commutationem.

1953 Idem tamen probe, ut si ficus expensis pro reditu non computas, ita neque deducas: quia alius in re neque computarentur expensæ pro officio: nam, cum solent esse æquales, compensarentur per expensas pro reditu.

EXEMPLUM.

1954 **P**etrus Panormi emisit votum peregrinandi ad Sanctam Domum Laureti, ibique offerendi cereum Virgini.

Premiūm votum sic commutare. Labores, & pericula itineris, & visitationem commutare in jejunium, & Rosarium, Confessionem, Communionem, & visitationem Ecclesie, aut Capelle B. Virginis dicatæ Panormi, omnia bis quolibet mense pro eo tempore, quo fuisse peregrinatio quantum ad accessum duratura, puta per tres menses: & in oblationem cerei femel eidem Ecclesie Panormi faciendam. Quod si non esset habilis ad jejunium, disciplinas injungerem, & Rosarium multiplicarem.

Quantum ad expensas, computarem expensas, quas erat rationabiliter facturus in itinere, & mora, solum in accessu, & in loco pro executione voti, non in reditu, deductis expensis, quæ eo tempore fuissent domi facturus: ita ut, si in accessu erat expensurus centum, & domi quinquaginta, injungerem ei, ut solveret quinquaginta in elemosynam pro beneficio dicte Ecclesie Panormi, vel pauperum.

Quod si erat peregrinatus non equester, sed pedester, tunc nullam habere rationem ad expensas, quia nullæ fuissent; sed ad solos labores, & pericula peregrinationis pedestris, quæ cum sint majora, præmissa pia opera duplicarem: quæque pariter duplicarem in casu peregrinationis equestris, si ob necessitatem, aut rationabilem causam oporteret expensas itineris in pia opera commutare.

Quod si Votum fuisset etiam de enlargendo dicte Ecclesie Laureti domum notabile, puta calicem centum aureorum: tunc conveniens est, ut calix ad eandem Ecclesiam Laureti transmittatur expensis ipsius communitatis, detrachendo scilicet ex quinquaginta aureis supra computatis pro expensis itineris, quinque, V. G. aureos, quantum sufficeret pro transmissione Calicis.

Dixi, *conveniens est*: nam non est necesse, nisi domum illud fuerit à Rectore, aut Procuratore nomine dicte Ecclesie Laureti accepta-

tum, quoniam certum est, vota ad favorem tertii emissi posse commutari, si nondum fuerint ab illo acceptata. Unde dictus calix posset alteri Ecclesie largiri, imò in alia pia opera, rationabili causa existente (ut dictum est) commutari.

QUÆRES I.

1955 *An in commutatione voti ponalis sit attendenda utraque materia, voti scilicet, & pœnæ.*

Resp. Si commutatio fiat post impletam conditionem, esse attendendam utramque materiam, puta *non ludi*, quæ est materia voti, & *elemosyna*, quæ est materia pœnæ in voto non ludendi sub pœna certæ elemosynæ; qua conditione posita, materia pœnæ transeat in rem absolutè promissam.

Si commutatio fiat ante impletam conditionem, volunt aliqui, quòd non sit attendenda materia pœnæ; quia cum non sit purificata conditio, non est jam promissa. At probabilius puto esse attendendam, quia votum non ludendi reatum ad poenam est gravius, quàm non sic reatum; gravius namque est sic promittere: *Voto non ludere sub pœna certæ elemosynæ*: quàm solum: *Voto non ludere*. Materia tamen pœnæ tunc non est accipienda secundum totam suam gravitatem, sed judicio prudenti; quia cum non jam sit incurta, sed pendeat à futuro eventu, multum deficit à sua gravitate. Tamb. tom. 1. lib. 3. cap. 16. §. 6. num. 7.

QUÆRES II.

1956 *Petrus postquam obtinuit commutationem voti de jejunio à quodam Religioso: emisit votum castitatis, prius pariter posse ab eo, quàm alio Religioso commutari. An hoc votum possit commutari?*

Resp. Gobat tom. 3. de voto num. 321. hoc votum esse validum, & posse commutari. Est validum ad differentiam voti castitatis emissi cum errore, quòd possit relaxari, aut absolute commutari: quia in illo error est, quòd votum possit relaxari, aut commutari absolute, & ideo est irritum: non sic in hoc; Petrus enim non putavit, quòd possit commutari absolute, sed quòd possit commutari à Religioso, & sic est validum, v. n. 1789.

Potesse autem commutari, & non esse intentione voventis, & non potest plus se extendere. Unde, quia Petrus sic prius emisit votum castitatis cum levamine commutationis, quòd ex causa oportuerit, non potest eo privari levamine.

DE

DISPENSATIO

1957 **E**sse remisso, & relaxato voti, sive in totum, sive in partem, nomine Dei.

CAUSA AD DISPENSANDUM

1958 **P**ossunt esse: 1. Aetas puerilis, repentina deliberatio, aut metus, etiam abintinfecto, in emissione voti, 2. Dubium de voto, aut de intentione obligationis, 3. Levitas, nimia facilitas voventis, & multiplicitas votorum, 4. Infirmitas, debilitas, necessitas, aut nimia difficultas ad exequendum, 5. Inquietudo, & scrupulorum molestia ex voti adimplerione, 6. Nimia fragilitas, facilitas, seu frequentia violationis, 7. Si votum est impeditivum boni communis; 8. Si cedat in detrimentum proprium, aut familiaris; ut peregrinatio. Ant. à Spir. Sanct. tom. 2. cr. 5. disp. 1. sect. 36. n. 455. Mondo Epir. ver. vol. n. 32. v. n. 1928.

1959 Sanum consilium est, ut in dispensatione, aliqua commutatio miteatur.

1960 Dispensatio sine causa est invalida, quia non est dispensatio, sed dissipatio.

1961 Dispensare possunt in votis, & juramentis, Papa in omnibus etiam solemnibus, & castitatis: sed tunc dispensatus non remanet amplius Religiosus; quia status Religiosus consistere non potest sine sua forma substantiali, cujusmodi sunt tria vota solemnium. Fagnanus in lib. 3. de statu Monachorum n. 43. Unde non teneretur ille ad divinum Officium: nec ad præcepta Regulæ; quia mutaret statum. Communis. Vide infra in mater. de voto.

1962 Dispensare, & commutare possunt in omnibus votis (exceptis votis solemnibus, & quinque reservatis) & in quinque reservatis, in casibus, in quibus non sunt reservati, ut à num. 1998. Episcopi, Capitulum sede vacante, Prælati Regulares in suos subditos, & Novitios circa vota, quæ in sæculo, vel novitatu emerunt: & ex privilegio erga regulares, Confessarii Regulares: ut in n. 1723. triplici cum discrimine.

1963 Primò, Confessarii Regulares id possunt etiam extra sacramentum, sed solum pro foro interno conscientie: Episcopi vero etiam pro foro externo.

1964 Secundò, Quòd Episcopus potest aliis potestatem commutandi, & dispensandi delegare, quia ejus potestas est ordinaria, non sic Confessarii Regularis, quia est delegatus ex privilegio, & delegatus non potest subdelegare, nisi in delegatione exprimitur. Potest tamen uti hac forma; *Commuto sibi hoc votum in opera qua vir ille doctus tibi*

præbetur: quia hoc non est delegare, sed alterius prudentia uti ad materiam subrogandam.

1965 Tertio, Episcopi dispensare possunt in quinque reservatis, quando urget necessitas, seu magna causa, Pontifex adiri non potest, & periculum est in mora. Ratio est: quia Episcopi ante reservationem habebant potestatem ordinariam in iis dispensandi cum suis subditis, Gobat tom. 3. de voto numer. 328. Post reservationem autem per sacros Canones Summo Pontifici factam, fuit restricta Episcopi dispensandi facultas. In casibus autem extraordinariis, præmissis conditionibus concurrentibus, ne desit remedium, præsumunt Episcopi de voluntate Pontificis, sic exposcente bono Ecclesie regimine.

1966 Tamb. de voto, Ant. à Spir. Sanct. cr. 5. disp. 2. sect. 39. adducens pro se Basilium, Lessium, Suarez, Sanchez, Castrofal. & Trullenchum, dicunt, Episcopum dispensare posse, dictis conditionibus concurrentibus, 1. Si quis voto calitatis ligatus, morti proximus, nisi Bertam duceret, filios illegitimos relinquere, aut orientur inter cognatos graves discedere, vel similia, 2. Si quis voto calitatis ligatus, virginem violavit, scilicet honor, nisi eam ducat, reparari non potest; & si Pontificis dispensationem expectet, prudenter timet grave damnum animæ, corporis, aut famæ, aut aliud grave damnum, vel ne interim ab alterius cogitatione impediatur. Ita illi.

1967 Illud est certum, quod in casibus, in quibus potest Episcopus dispensare, si non dispenset, quàm necessitas exigit; unde mortua ea uxore, non potest aliam ducere, sed teneat votum servare. Et ea vivente sacrilegè peccat contra votum, si aliam mulierem cognoscit; aut si solus, vel extra yas propriæ uxoris se polluat; aut tactibus impudicis ejus, periculo pollutionis se exponat.

1968 Item vota reservata ejus, qui est sub potestate dominativa, ut est filius respectu patris, &c. licet possint à patre irritari, non possunt per hoc ab Episcopo dispensari; quia potestas dispensandi est diversa à potestate irritandi; & Episcopus non competit, nisi per episcopalem, præmissis conditionibus concurrentibus.

1969 Abbatissæ & Priorissæ non possunt in votis suarum subditarum dispensare, nec ea commutare. Possunt tamen irritare, quod est plus; quia licet non habeant potestatem jurisdictionis, habent potestatem dominati-

viam

vam in subditis, tam directè quoad earum voluntates, quam indirectè quoad materias sibi subiectas; v. n. 209.

1970 In Parocho non datur iurisdictione in dispensandum in votis, Mendo in *epi. ver. votum num. 19.*

1971 Episcopus non potest dispensare cum hæredibus in votis defuncti, Mendo *cit. nu. 20.* quia hæredes ad id tenentur, non vi voti, sed pacti, aut contractus.

IRRITATIO

1972 **E**st annullatio voti facta à potestate dominativa, quæ quæ suo nomine potest. Dicitur à dispensatione, & commutatione, quia hæc fit à potestate jurisdictionis, quam habet superior nomine Dei. Hinc fit, 1. Quod irritatio fieri possit à faculari, dispensatio vero, & commutatio, non nisi à persona Ecclesiastica, 2. Quod irritatio sine causa fit illicita, sed valida, quia fit ratione dominii, & nomine proprio, unde vota sunt emissa cum tacita conditione consensus ejus, qui habet dominium, dispensatio vero sine causa fit illicita, & invalida, quia fit ratione jurisdictionis, & nomine Dei, qui non approbat solutionem voti temere factam.

1973 Irritatio est duplex, indirecta, quæ fit ab aliquo, quatenus est ei subiecta voluntas votantis; & indirecta, quæ fit ab aliquo, quatenus est ei subiecta materia voti. Vota directè irritata nunquam reviviscunt, quia sunt extincta in radice: Vota vero indirectè tantum irritata reviviscunt, quando desinunt præjudicium adferre, unde sunt solum suspensa.

1974 Irritatio fieri potest per procuratorem. Ant. à Spir. S. de voto *tr. 5. dist. 1. s. 31. num. 43.* cum Castropal.

1975 Ad indirectè irritandum non requiritur causa, sed sufficit præjudicium, aut quod materia non fit in potestate votantis.

Ad directè irritandum licet, requiritur causa. Sufficit, quia pater filium vota gravatum sentit. Tamb. Unde, sine causa irritans, non peccat, nisi venialiter. Lessius, Castropal. contra Ant. à Spir. Sanct. de voto *tr. 5. dist. 1. num. 418.* cum aliis, qui neque venialiter peccare dicunt.

SUMMUS PONTIFEX

1976 **N**on potest directè irritare vota omnium Christianorum, Leander de op. *tr. 1. dist. 1. c. 6. §. 2. ad q. 8.* quia non habet potestatem dominativam in omnes, sed jurisdictionem, licet supremam, quæ sufficit ad gubernandam Ecclesiam, alioquin nullus homo posset obligari alteri homini, nisi sub tacita conditione: si papa placuerit. Unde solum potest in omnibus Christianorum votis dis-

pensare, aut ea commutare. Item non directè irritare vota Clericorum secularium, quia neque in illos habet potestatem dominativam, nisi circa res Ecclesiasticas, & circa concernentia ad illas.

1977 Potest directè irritare vota Religiosorum, & Monialium, quia his specialiter Pater subdantur ratione voti obedientie. Unde Summus Pontifex est supremus omnium Religionum Prælati, adeoque potestatem dominativam habet in Religiosis omnibus.

1978 Aliorum autem vota solum potest indirectè irritare ratione materia, quatenus potest per potestatem præceptivam votorum executionem impedire. Leand. *cit.*

PATER

1979 **E**t in ejus defectu avæ paternus, tutor, & in horum defectu mater potest directè irritare vota filiorum impuberum, etiam castitatis, & religionis, ratione imperfectionis ætatis, quia, in his tacita est conditio: si pater consentiat.

Impubertas finem habet in maribus anno 14. completo.

1980 Imò potest ea irritare post pubertatem, si sint facta tempore impubertatis, & non confirmata tempore pubertatis, implenda tamen tempore pubertatis. Sanch. quia hæc potestas irritativa fundatur in imperfectione ætatis, sub qua fuit votum emissum. Vide in mater. de imped. Ordinis.

1981 Potest directè irritare vota filiorum puberum, quomodo manent sub potestate patris, & non sunt emancipati, si illa præjudicium patriæ potestati, talia sunt vota, quibus domus perturbatur, aut filius infirmari timetur, &c. ut longa peregrinatio, immoderata jejunia, &c. Non potest irritare vota ipsi non præjudicantia, ut votum jejunii, orationis, moderatæ elemosynæ de proprio peculio, Religionis, &c. quia filius pubes non emancipatus, solum in prioribus non est sui juris, bene vero in posterioribus.

1982 Idem potest curator durante minoritate quoad vota spectantia ad bona temporalia, aut gubernationi domus præjudicantia, Tutor datur pupillo usque ad annum 14. completum; Curator datur minori ab anno 14. ad 26. completum.

QUÆRES

1983 **M**ulier nobilis filiam infantem votis se esse daturam Deo in Religione, si nunc obtineat. Eam obtinuit, & votum ratificavit filia post peccatum, maritus suavit, Religiosam reverit: Pater nec consentit, nec dissentit, sed tacuit: facta est puella pubes, tunc pater cuiusdam, usque ad nuptias, hæc nuptiis (matre enim exoptante) Pater

1919

vum irritavit. Contraxit puella sponsalia, sed iam infeliciter exiit, ut inexcogitabilem fore inde exorte licet; taliter, ut matrimonio desolato, excessivo dolore affecti, unus post unam, intra quindecim dies, obiit parentes; & puella, eodem die, quo pater ad sepulturam, solum, & omnium humana ope destitutum se tenens, ad Monasterium confugit. Quid dicendum?

Dicam, patrem potuisse post pubertatem irritare votum puellæ in impubertate emissum, ob tacitam conditionem, quæ in eo fuit: si pater consentiat. Quod votum puella (ut supponitur) non ratificavit post pubertatem. Nec est dicendis obliaret licentia, si eam dedisset: ut in n. 1986.

Graviter peccavit mater, quia ob suum votum, maxime à puella post septennium ratificatum, tenebatur suscipiendis veris, & non falsis, tam apud puellam, quam apud patrem voti adimplerionem curare, quod nesci omisit, sed potius ipse sum enim desiderium de ea danda nuptis ostendit, & callida arte sensit, ut in pater, abque ulla causa, nisi sanguinis passione, ad irritationem voti procederet. Hinc forte infortuna. Sæpe mulier fuit causa ruine.

Quod si vir prolem femineam inhians, una cum uxore, Deo in Religione daturum vivifecit; similiter irritando, graviter contra votum peccasset: v. n. 1826.

RATIFICATIO VOTI

1984 **U**T habeatur, & novam obligationem inducat, tria requiruntur. Primo, ut votans sit conscientis debilitatis prioris voti. Secundo, ut velit se de novo obligare firmiter, prout de si nunciam quam obligatus fuisse. Tertio, ut ita dispositus, votum, vel saltem mente, præteritis referat, seu certe approbet. Ita Tamb. tom. 1. p. 114. cum Com. Alioquin dicitur, voti renovatio, seu repetitio, quæ notam obligationem non inducit, sed votum, uti erat, relinquat: v. n. 1870.

1985 Si quis obitus voti, v. g. Religionis, in impubertate emissi, votum Religionis post pubertatem emittat, verum votum reservatum emittit, quod non potest à patre irritari; quia est votum à priori distinctum, & independens ab illo.

PATER

1986 **S**i licentiam dedit filio votandi, & promissit se non revocaturum, seu votum confirmavit; si votum sit personale, potest valide irritare; quia per promissionem & confirmationem non potuit à se abdicare propriam potestatem in filium; non tamen licite, sed peccat mortaliter; licet Castropal. velit, quod peccet venialiter ratione infidelitatis, nisi juramentum Ecclesiasticum.

tum adjunxerit; si vero solum licentiam dedit, & promissionem non addidit, non peccat irritando; quia licentia semper intelligitur sine præjudicio proprii juris, Castrop.

Si autem votum, quod pater non irritare promissit, sit reale, non potest pater valide illud irritare; quia per licentiam simul, & promissionem, rem illam filio donavit, & à sua potestate abdicavit; quod facere potuit, Tamb. *tom. 1. lib. 3. cap. 6. §. 3. n. 15.*

1987 Ejectus à Religione, si in sæculo habeat filios, non potest eorum vota irritare; quia per professionem Religiosam amittit potestatem dominativam, Sanch. 4. Decal. c. 35. n. 50.

MATER

Etiam patre mortuo vota filiorum irritare non potest, nisi tutrix sit, aut curatrix. Com.

RELIGIOSORUM

1988 **V**ota (minime Novitiorum) irritare directè possunt Papa, Generales, Provinciales, & Superiores locales absoluti, nempe Abbates, Priors, Guardiani, Præsidentes, excepto voto transeundi ad Religionem strictiorem, ex cap. licite de regularibus; quia quoad hoc Religiosus est subditus tantum Pontifici. Possit tamen illud commutare, ait Gobat tom. 3. de voto, n. 205. v. n. 1919.

Prælati inferior non potest directè irritare votum subditi à Superiore ratificatum.

DOMINUS

1989 **V**ota illa solum irritare potest servi directè, quæ præjudicant ejus servitio; in aliis enim servus est sui juris. Non potest dominus irritare vota servitio tempore servitutis emissa, post eam implenda; quia ei non præjudicant. Nec potest irritare vota servi ante servitutem emissa, sed solum potest ea suspendere, quantum ad id, quod ejus servitio obstat.

VIR

1990 **V**ota uxoris tempore subjectionis emissa, & ipsi præjudicantia, potest directè irritare, est communis. Minime, non præjudicantia. Castrop. contra Sanchez, qui tenet etiam ea posse irritare ratione totalis subjectionis uxoris erga virum, atque ejus vota censentur semper sub conditione emitti: si vir non contraxerit. Excipitur votum Religionis, quando potest impleri, & cito virum, nempe quando vir adulteravit, in quo vir in eo uxore non subditur viro, Sanchez.

O

Pe.

1991. Potest directe irritare vota uxoris tempore subjectionis emissa, de re post subjectionem implenda, Bonac. quia sunt facta tempore, quo uxor est sub potestate viri. Non potest tamen irritare vota ante subjectionem emissa, tempore subjectionis implenda; sed solum suspendere, si ipsi præjudicent. Idem dic de votis ab uxore, si ante legitimum divortio, emissis; quia tunc non est in illis subiecta; unde facta reconciliatione suspendi possunt a viro, non irritati.

U X O R

1992. **V**ota viri live ante, five matrimonii tempore emissa, non potest directe, sed solum indirecte irritare, quoad materiam promissam, si sibi, seu statui matrimonii præjudicet; quia vir non subicitur quoad voluntatem uxoris, sed solum quoad materiam, si sit præjudicans; nam vir est caput uxoris, non uxor viri.

Unde uxor potest indirecte irritare vota viri de gestando habitu Tertri Ordinis Sancti Francisci; sed vir, decedente uxore, tenetur illum deserre.

1993. Votum viri de uxoris licentia emissum potest uxor indirecte irritare; quia licentia concessa præsumitur ad sui beneficium. Si vero non revocare promisit, nec licite, nec valide potest irritare; quia per promissionem acceptatam cessit suo præiudicio, ob quod tantum habebat jus irritandi. Sit exemplum de voto servi, quod promisit dominus non revocare. Sicut enim dominus potest integram libertatem servo donare, quam donatam & acceptatam revocare non potest; ita de libertate circa partem materiam est dicendum, Tamb. de voto.

Q U E R E S.

1994. *Dns conjugati post consummatum matrimonium, mutuo consensu vota absoluta castitatis & Religionis emittit. An possint ea irritare, & Episcopus dispensare?*

Dico 1. Si mutuo consensus habeat rationem pure licentiae, tunc potest ab ipsis licite revocari, & votum irritari; quia (ut dictum est) licentia concessa præsumitur ad beneficium, Episcopus autem potest dispensare non in voto absolute, sed ad petendum debitum, etiam si Pontifex possit adire, nisi si quæ licentiam dedit, velit præstare, quæ requiruntur, ut vovens ingrediatur Religionem; tunc namque non potest Episcopus ad petendum debitum dispensare, Tancredi lib. 8. de matr. disp. 11. d. n. 2.

1995. Si autem mutuo consensus habeat rationem contractus, quando scilicet ultra

licentiam intervenit pactum, facio, ut facias, voveo, ut voveas;

Dico 2. tunc non posse Episcopum dispensare, neque ad petendum debitum, nisi in casu necessitatis, puta ob periculum incontinentiæ, aut in educatione, & sustentatione filiorum, & Pontifex non possit adire. Quod si conjuges mutuo consensu remittant sibi hanc mutuum obligationem, qua se obligant ad mutuo vovendum; tunc potest Episcopus dispensare solum ad petendum debitum etiam si Pontifex possit adire; quia per illam remissionem, est illicitum, matrimonium relicturum in statum priorum, quoad liberam facultatem eo utendi. Tenetur tamen ad castitatem conjugalem, & altero mortuo coniux, qui remanet; tenetur votum implere, nisi addit periculum incontinentiæ, aut aliquid impediens Religionis ingressum, Tancredi n. 5. Ad id vero tenetur ratione voti castitatis, non ratione voti Religionis, quorum distinctum habes cit. in n. 1857.

1996. Dico 3. nec virum potest irritare votum uxoris, nec uxorem votum viri emissum mutuo consensu per modum contractus, Tancredi l. 9. de matr. disp. 40. quæst. 1. Leander de voto disp. 16. qu. 133. cum communi, contra Palacium, & alios.

Probat. 1. *auth. can. ex cap. Quod Deo 35. quæst. 5.* quod est D. August. *Quod Deo pariter consensu voveratis, perseveranter usque in finem reddere debuistis, à quo proposito scilicet lapsus est in saltem in finem persevera.* 2. Ratione; quia per mutuum consensum, & contractum, videntur cessisse juri suo revocandi, adeoque nec licite, nec valide possunt hujusmodi vota irritare.

1997. Si autem post hujusmodi vota, conjuges mutuo consensu remittant sibi hanc mutuum obligationem, qua se obligant ad mutuo vovendum, seu mutuo consensu tradant mutuum corporum potestatem, tunc valide possunt talia vota irritare, imo & licite, si sit causa. Ita idem; quia per talem remissionem licet illicitam, ut in num. 1975. matrimonium est relicturum ad primum statum. 1. Quia talia vota sunt facta tempore subjectionis. 2. Quia talis mutuo consensus, cessio juris & obligatio, est contractus humanus, qui nec ex se, nec ex jure aliquo positivo perpetuam tenet; unde sicut sunt mutuo consensu contractus, ita potest mutuo consensu dissolvi, quod dissolutum, conjuges ex vi voti castitatis possunt reddere, non petere ante irritationem; facta vero mutua irritatione, reituantur in primum, ita ut possunt reddere, & petere, Leander cit. 9. 131.

Ubi

Ubi pondera, in casu distingui mutuum obligationem ad vovendum, & mutuum votum, adeoque adde duos contractus, unum inter ipsos conjuges ad vovendum, alterum inter ipsos conjuges, & Deum, cui votum emiserunt.

VOTA RESERVATA PONTIFICI

1998. **S**unt quinque: *Castitatis perpetua, & triplicis Religionis, & trium peregrinationum, Jerusalem, Compostellam, & Romam devotionis causa.* Ut sint reservata, debent esse absoluta, & perfecta: si in aliquo deficiant, licet sint valida, non sunt reservata.

1999. Generaliter loquendo, non sunt reservata quinque vota etiam castitatis, & Religionis. 1. Si sint conditionalia. 2. Si penalia. 3. Si sint emissa ex metu etiam levi. 4. Si sub obligatione solum venialium. In quibus casibus tenentur in ratione voti, & voluunt cadere ad reservationem: v. n. 2010. & 2011.

Quinto, si ad id dubium de eorum valore, five dubium juris, quatenus v. g. quæstio est, An sit vere votum, an vere reservatum? Sive facta, quatenus dubium est, An ad fuerit vera promissio, plena deliberatio, intentio? & alia ad voti, & reservationis rationem necessaria, Gobat tom. 3. de voto, n. 370. cum communi; quia reservatio, utpote odiosa, & gravis, est restringenda ad casus certos, perfecte voluntarios, & graviores: v. n. 1789.

Et specialiter non sunt reservata, votum castitatis imperfectum, nempe castitatis conjugalis. Non petendi debitum. Non fornicandi. Non nubendi. Virginitatis pro prima vice. Votum expresse promittendi castitatem. Votum assumendi Ordines sacros. Votum castitatis, de quo est dubium, an sit validum. Votum castitatis emissum ex metu etiam levi incusso ad illud extorquendum, & votum integre castitatis, sed ad tempus, ad quod rationabiliter præsumitur ætas hominis perventura. Item votum castitatis, quod unus conjugum sine alterius licentia emittit; quia non est castitatis perfecte; nam manet cum obligatione reddendi debitum. Vota utriusque conjugis non petendi debitum.

2001. Reservatum tamen est votum castitatis emissum usque ad octogesimum annum, vel à septuagesimo per decem annos; quia cum ætas hominis regulariter ad octogesimum annum non perveniat, tale votum censetur perpetuum.

2002. Reservatum non est votum Religionis imperfectum, videlicet votum ingrediendi Religionem non approbatam. Et votum Re-

ligionis ad tempus, eo modo, quo dictum est de voto castitatis.

2003. Votum ingrediendi Religionem Equitum Militarium S. Joannis, non potest commutari, sed est reservatum; quia est vera Religio, emittens tria vota scilicet, obedientiam, paupertatis, & castitatis perfecte.

2004. Votum vero ingrediendi alias Religionis militares equitum D. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, non est reservatum, sed potest commutari, quia de illis est dubium, & quæstio, an sint vera Religionis; & si isti equites emittunt votum castitatis imperfectæ, nempe conjugalis, Roder. in sum. part. 1. de voto Leander de voto v. n. 746.

2005. Qui autem emittit votum Religionis, non satisfacit ingrediendo Ordinem equitum S. Jacobi, Roder. in comp. qu. 9. Reg. ref. 40. n. 13. quia, qui Religionem vovent, communitate intendunt statum viventium in communi, & à sumultu, saltu, ac cursu secularibus alienum.

2006. Votum Religionis fructuosum potest commutari in laxiorem; quia votum Religionis absolute est reservatum. Item votum perseverandi in Religione, prout distinguitur à voto ingrediendi; nam votum Religionis reservatum est; quo quis vult ingredi Religionem, & in societate eam sine fraude experiri, aliter ex justa causa egredi. In his manque casibus non commutatur substantia voti, sed qualitas.

2007. Vota trium peregrinationum non ex devotionis causa, sed ob alium finem, v. g. ad oculandos pedes Pontificis, non sunt reservata. Si quando vovisti, alium finem expresse non cogitasti, præsumis vovisse ex devotionis causa. Qualitates peregrinationis, ver. gr. pedester, &c. commutari possunt, quia universaliter circumstantiæ extrinsecæ in votis reservatis non sunt reservatæ; sed substantia, v. g. peregrinationis, est reservata.

2008. Executio voti reservati potest commutari, aut dispensari quoad tempus, dando dilationem, quæ debet esse prudens, & non tanta, ut impediatur executionem.

2009. Vota vere conditionalia, aut penalitia in materia reservata, purificata tunc, esse reservata, tenet Pontius, quia tunc evadunt absoluta. Non esse autem reservata, probabile putant Leander, Tambur. & alii; quia, cum sint emissa sub conditione, involvunt consensum imperfectum, utpote dependentem ab eventu futuro; nec purificationis conditionis facit, quin consensus fuerit imperfectus.

2010 Dixi: *vere conditionalia*, quia si particula *si*, significet tempus, & aequivalcat particula *quando*, votum est absolutum pro praefixo tempore, & reservatum: unde in hoc voto, *Voto castitatem, si libere à tempestate, ab infirmitate*, &c. si per particulam *si*, intendas tempus executionis voti, votum est absolutum; si autem intendas salutem, &c. pro conditione, votum est vere conditionale. Ad quod dignoscendum, non potest aprior dari regula quam ex affectu voventis; si nanque vovisti ex affectu ad materiam voti, particula, *si*, aequivalcat particula *quando*. Si vero vovisti ex affectu conditionis habendae, puta salutis, &c. ut regulariter contingere solet, est vera conditio.

2011 Item conditio, ut votum cadat à reservatione, debet esse voluntarie adiecta, quatenus ejus amore, vel horrore, seu intuitu quod votum: non sufficit, si sit naturaliter, aut ex juris dispositione inista. Unde votum castitatis ab impubere emissum, licet sit conditionatum, hac conditione: *Si poterit confiteri post pubertatem non potest à Confessario dispensari*, aut commutari, sed est reservatum, quamvis pater possit illud irritare. Hac ratione vota solemnia Religionis sunt reservata, quamvis includant tacitam conditionem, qua Papa possit illa relaxare, juxta *dista n. 1961. & 1977. Gobat tom. 3. de voto n. 325. vid. à nu. 1979.*

2012 Si quis vocat sub disjunctione duo reservata, castitatem videlicet, vel Religionem, neutrum commutari potest, quia utrumque est reservatum.

2013 Si quis vocat sub disjunctione duo vota, quorum unum est reservatum, alterum non reservatum, v. gr. castitatem, vel jejunium, utrumque potest commutari; quia tunc propter illam libertatem, quam habet eligendi jejunium, castitas non est absolute, & perfecte promissa: *n. n. 1835.*

2014 Facta tamen electione reservati, scilicet castitatis, omisso non reservato, nempe jejunio, si partem reservatum elegisti per novum votum, erit reservatum: minime, si absolute elegisti sine novo voto; quia tunc electio illa non est votum, sed simplex voluntas, & propositum eam partem servandi praeter alia, adeoque votum illud tunc non est reservatum, sed remanet in sua natura, sicut prius.

2015 Idem dic, si altera pars non reservata evadat impossibilis, v. g. si vovens fiat impotens ad jejunandum; non enim tunc proinde altera pars, quae est castitatis, evadat reservata; quia illa impotentia non mutat voti substantiam,

sub qua erat antea; per accidens nanque est alteram partem eligi non posse.

QUERES I.

2016 An materia subrogata pro voto reservato sit reservata? *vovit quis absolute castitatem: sed à Pontifice loco castitatis jejunium impostum fuit, An hoc jejunium possit commutari?*

R Sic reservatum, & incommutabile, tenent Canonicae: quia subrogatum fortitur naturam ejus, cui subrogatum. Non esse reservatum, ac proinde commutari posse, imo & dispensari ab Episcopo, aut Regularibus, docent Theologi, Sanch., Castrop. & alii; quia materia reservata jam fuit à Pontifice in non reservatam translata, & fundamentum Canonistarum est verum in favorabilibus, non in odiosis.

QUERES II.

2017 Puella vovit B. Virginis perpetuam Virginitatem, An votum sit reservatum?

R Ep. si puella promissit Deo, votum est verum, & reservatum. Si non cogitavit Deo, vel si cogitavit, non cogitavit de promissione faciendi Deo, sed solum habuit intentionem honorandi B. Virginem, & illi soli se obligare; votum non est reservatum, Gobat *tom. 3. de voto n. 21. & 327.* quia non est verum votum; verum nanque votum est *promissio facta Deo*, & cultus laetiae; dictum autem votum est cultus hyperduliae: *v. n. 260.*

2018 At in dubio (ait Gobat) praesumendum est, professionem esse factam Deo, quia regulariter fit. Unde promissio facta alicui Sancto, non est proprie votum, nisi promittitur Deo, de implendo, quod Sancto promittitur. At quia vulgo, & secundum communem usum vocatur votum, cadit supra illud privilegium commutationis, dispensationis, &c.

De voto agunt Scotus in 3. d. 29. *quest. un. lit. O. in 4. d. 27. quest. un. lit. A. d. 38. quest. un. lit. A. B. C. Malt. disp. 11. qu. 3. q. 59. Bonac. tom. 2. pag. 278. Joan. la Cruz pag. 29. Busem. lib. 3. tr. 2. c. 3. Mendo in epist. ver. votum, Aloza ver. votum, Cleric. c. 46. Castrop. Tancr. Lander. Ant. à Spir. Sanct. & Fagnanus saepe citatus.*

DE III. PRECEPTO DECALOGI.

Sabbata sanctifices.

2019 **I**N veteri Testamento erat divino cultui designatus dies Sabbati, qui in novo fuit abrogatus, & pro eo ab Ecclesia institutus dies Dominicae. Item praecipit Ecclesiastico sunt assignata alia festa Domini, atque Sanctorum. Hoc praecipit praecipit cessationem ab operibus servilibus, à medio noctis antecedentis usque ad medium noctis sequentis, & obligat sub mortali: *v. n. 166. & pag. 6. prop. 52. ab Innoc. XI. damn.*

2020 Opus servile dicitur, quod spectat principaliter ad laborem corporis, & regulariter fit ab operariis, ac servis, & licet fieri possit à dominis, parvis si à servis; ut arare, fabrilis agere, & alia artis mechanicae opera, quae laborem corporis solum requirunt.

2021 Ultra haec sunt jure Canonico etiam sub mortali prohibita quinque opera non servilia, seu actus forenses; mercatus, iudicium civile, aut criminale, iuramentum iudiciale, omnis processus, & actus judiciales, exceptis illis, qui ob pietatem sunt.

2022 Quoad mercatum, attendenda est consuetudo locorum, Clericatus c. 27. n. 24. Item testes possunt examinari die festo, si iuramentum sit datum die praecedenti, vel si causae expeditio imminet, ob bonum commune, Clericatus *cit. n. 37.* & iudex potest amicaliter partes componere.

2023 Ars liberalis dicitur, quae principaliter spectat ad animam, ut organa pulsare, choreas agere, digladiare, &c.

2024 Inter opera servilia, & artes liberales, sunt opera media, quae non prohibentur, etiam si fiant ob lucrum, venari, piscari, iter agere, &c.

2025 Comediae non sunt opera servilia. In quibus tamen locis, uti Romae, diebus festis prohibentur; quia illae, & similes ludi, maxime animam à Deo avertunt, die quo fideles debent erga eum occupari.

Die festo pugnare non est peccatum, Mendo *n. 4.* quia non est opus servile.

2026 Qui pluribus diebus festis per modicum tempus opus servile exercet, non peccat mortaliter, etiam si modica illa simul notabile tempus constituent, quia praecipit est affixum diei, adeoque opera illa non continentur mortaliter; bene vero, si eodem die festo per interpolatas vices parva opera illa

exerceret, quae simul constituent quantitatem notabilem temporis.

At non peccat mortaliter, qui est causa, ut plures successively laborent, etiam si totum diem occupent, dummodo singuli per modicum tempus laboraverint; quia opus unius non continuatur mortaliter cum operi alterius; & sicut non peccat mortaliter operari sic laborantes, ita nec dominus praecipiens sic eos laborare.

2027 A peccato excusat. 1. Constituto, si saepe excurratur barbaritones, & in pluribus locis undinae. 2. Utilitas, necesse timor amittendi magnum lucrum. 3. Necessitas, si ve communis, si ve privata, propria, vel aliena, v. g. si sine gravi incommodo, detrimento, aut periculo opus omitti non possit. 4. Pietas in Deum, ut Templum verberet, parietes paramentis ornare, inimicis illis spoliare. Nec licet parietes fabricare, & nisi necessitas urgeat. Si causa sit dubia, petenda est dispensatio ab Episcopo: Cujus etiam licentia est petenda in causa necessitatis, si opus fit publicum.

2028 Hinc excusantur Piscores, Macellarii, Pharmacoepole, Instruatores positionum, vitium, &c. quae non sunt patientur, Coquinarii, &c. Piscatores Theronum, &c. qui certo tantum anni tempore id possunt. Vinemiatore: tempore vindemiae. Sartores pro rebus necessariis in nuptiis, funeribus, &c. si aliter satisfacere non possunt. Agricola, si laborent ad praevendendum damnum ob pluviam, aut tempus, quod praevident. Nauticarii pendentes à ventis, Cocineros calcis &c. & quosvis opus inceptum non potest sine damno interrumpi, Servus, & servus coacti à dominis, ut laborent, qui tamen debent illos deservire, si frequenter contingat. Item repositores suae vestes, si aliis diebus non possunt. Pauperes, & artifices, qui suam familiam alere non valent, nisi laborent, si sine scandalis faciant. Communis.

2029 Ceterum pro nuptiis, & aliis causis, quorum excoctio est in libertate dominorum, omnino curare debent domini, ut vel executionem negotii post tot dies possint, vel operario laborum per tot dies anticipent, quot sufficiunt, ut dies festi medi vacent; aliquo tempore à peccato mortali non excuso; bene vero, si sine gravi incommodo nec postponere, nec ut supra anticipare valent.

2030 Denique à mortali excusat parvitas materiae: talis erit, si labor unus, aut duas horas non excedat.

2031 Licitum est docere, scribere, & transcribere etiam pro pretio, quia non sunt opera servilia, sed liberalia. Nec pretium facit opus esse servile, si ex se tale non sit.

Sicut è contra, non licet facere opus servile gratis; quia per hoc non cessat esse opus servile.

Plures inter liberalia colere terere. Similiter licet caractères, seu typis componere, minime tamen imprimere, quia componere magis expofit applicationem mentis, quam exercitium corporis; unde non est servile, sed liberale opus; quod non solent efficere servi.

2032 Licitum est iter agere, iumenta ducere, canere, sonare, quia servilia non sunt. Item ad vitandum otium, & recreationis gratia licitum est venari, aucupari, piscari saltem in fluminibus, & mulieres acu pingere, aut alio modo manibus laborare, ne tota die otio vacent, Mendo in Epis. vest. festi dies, n. 6. Item licet iter agentibus iumenta supellectilibus onusta ducere, & ferraris laminas ferreas pedibus imponere ob necessitatem.

2033 Probabile est, dominum posse licite die festo injungere mancipio infideli opera servilia, etiam in sui commodum, sicut quilibet potest ea injungere infantibus, & perpetuo amentibus, quia non subjungitur legi Ecclesiæ: & eadem ratione licite potest dominus infideli ministrare carnes die Veneris. Cæterum puto standum esse sententiæ negativæ, si labor mancipii fit in commodum ipsius domini; quia tunc servus laborat ut instrumentum domini, adeoque moraliter domino opus servile imputatur. Diana p. 5. r. 14. ref. 7. Simul laborantes diebus festis iusto domini peccare, si abque gravi detrimento reculare possint, vel eos deserere. Secus, si grave detrimento paterentur, v. g. quia alium non reperiret, cui inserviret, tenet Clericus, c. 5. num. 8. cum S. Ant. p. 2. tit. 9. cap. 7. §. ult.

2034 Licitum est advocato die festo informare Judices in scriptis, & civibus convenire ad consilia, ac personas ad officia eligere, quia non sunt opera servilia, nec aliunde prohibita: v. prop. 52. ab Innoc. XI. damn.

2035 Ex Decl. S. Congr. Rituum 11. Martii 1690. Festum Annunciationis B. Virginis, si contingat terra 6. in Paralceve, transferatur una cum præcepto & Officio ad feriam 2. post Dominicam in Albis; unde tunc, & non feria 6. tenentur fideles abstinere à servilibus, & audire facrum.

Ex Decl. eisdem S. C. R. 13. Septemb. 1692. si festum S. Ioseph contingat feria 3. Mensis hebdomadæ. Officium Sancti est transferendum ad aliam diem: juxta Rubricas, præceptum vero audendi Missam, & vacandi ab

operibus servilibus, non est transferendum, sed servandum eadem feria 5. Adeoque celebranda sunt Missæ privatae ante celebrationem solitæ Missæ Conventualis.

Scotus in 3. d. 37. quest. 10. litt. D. Magistrus dist. 11. q. 4. n. 71. Bonac. tom. 2. pag. 327. Joann. la Cruz pag. 47. Tamb. tom. 1. l. 4. c. 3. Leand. rom. 3. r. 1. Bulemb. l. 3. r. 3. dub. 1. Mendo, & Clericus citati.

DE IV. PRÆCEPTO DECALOGI.

Honora Patrem tuum, & Matrem tuam.

2036 Filii, & subditi respectivè præstare tenentur parentibus, ac Superioribus, amorem, reverentiam, & obedientiam, ita ut, si in his graviter deficiant, peccent mortaliter, & debeant in confessione circumstantiam aperire, qua contrahunt malitiam specie distinctam, nam peccant contra pietatem. Pietas est charitatis species, quæ ab illa distinguitur per hoc, quod respiciat Parentes, Patrem, & Consanguineos.

2037 Filii mortaliter contra amorem peccant, 1. Si parentibus signa odii ostendant. 2. Si mortem, aut grave malum illi exponant. 3. Si necessitate corporali, aut spiritali urgente, possint, & non subveniant; v. n. 179. 4. Si cum sit hæres, bonum veritatis, legata, & testamenta non impleant.

2038 Contra reverentiam, 1. Si verbis contumeliosus, &c. graviter offendat, 2. Si eos etiam leviter percutiat. Imo etiam si manum ad percutiendum delibet elevari. 3. Si Pauperes agnoscere nolit, & despiciat. Si vero, ex iusta causa nolit eos apud se habere, & solum exterius se nosse distinguat, modo de necessariis eis provideat, à gravi peccato excusatur; quia in tali casu parentes non sunt rationabiliter invitati. 4. Si in foro externo etiam de vero crimine accuset, excepto crimine heresie, prodicionis Patriæ, & conspirationis in Principem; v. tom. 2. n. 268.

2039 Contra obedientiam, si in illis, quæ ad bonos mores, & gubernationis onus spectant, ubi res gravis est, sit inobediens. 2. Si contra expressam Patentis voluntatem ducat uxorem plura se indignam. 3. Si non servet parentibus inconsultis. Si tamen consulerit, illi vero denegaverit, potest eis invidiis movere, si spolia sit se digna, nam in electione sui status est sui iuris. Bonac. & Bulemb.

2040 Filii puberes, minores tamen 25. annis

ex jure communi sunt sub parentis potestate etiam si conjugati, & Sacerdotes. Jure tamen Castelle, conjugati eximuntur post benedictionem Ecclesiæ.

In casu extreme necessitatis, filius prius tenetur succurrere Patri, quam suis filijs. Mendo, ver. Parentes, n. 5. quia plus illi debet.

PARENTES

2041 Præstare tenentur filiis instructionem, seu educationem, bonam exemplum, correctionem, & alimenta, ita ut si graviter defecerint, peccent mortaliter, etiam si proles sit spuria.

2042 Mater tenetur prolem alere usque ad annum tertium. Deinde tenetur eam alere, pater usque ad emancipationem, & dotem dare filie, etiam volenti Monasterium ingredi.

2043 Pater tenetur alimenta præstare filio secundum convenientiam status.

2044 Mater tenetur per triennium lactare filium naturale, aut spurium. Quod si non possit, tenetur pater solvere expensas. Post triennium tenetur pater illi alimenta dare, etiam ex redditibus Ecclesiasticis, si alia bona non habeat, & filiam spuriam dotare. Si pater non valeat, obligatio cadit in matrem; & in hujus defectum, tenetur avi, & alij ascendentes, primo loco ascendentes patris, secundo loco ascendentes matris: si vero talis filius factus adultus possit sibi consulere, & habeat unde sustentari, tunc non tenentur parentes ad alimenta. Mendo cit. quia jus naturæ expofcit, ut necessitati provideatur; adeoque hac cessante, obligatio naturalis cessat.

2045 Et addit Mendo: Si dubitetur, quisnam è duobus sit pater filii illegitimi, uterque tenetur pro mediâ parte eum alere; si unus nolit, alter non tenetur integra alimenta præstare, quia filius non habet integrum jus contra illum. Si autem alter sit divitior, aut nobilior, tenetur plus præstare, quam minus nobilis, aut divites, quia ex se divites, & nobiliores debent filijs præstaurâ suppedicare alimenta.

2046 Parentes mortaliter peccant, si exponant filios hospitali, nisi eos alere non possint, aut nisi adit periculum infamie, aut gravis damni, si proles sit ex fornicatione, aut infra de Irreg. N. talium.

2047 Si pater, qui filium hospitali exposuit ad vitandum infamiam, aut periculum damni, sit dives, utique non peccavit mortaliter; sed difficultas est, An tenetur restituere expensas alimentis Hospitali? Affirmat Sanchez, & Azorius apud Tamb. tom. 1. lib. 5. c. 3. §. n. 4. & 5. & talem voluit debere tenere animum,

quando exponit. Probabile putat Tambur. cum Henr. quez, & Dicaistillo, quod non tenetur; idque ex præsumpta voluntate fundatorum, qui in Hospitalium erectione videntur consensisse generis necessitatibus voluisse consilium. Adhuc tamen Tamb. sententiam laquei id posse præsumi, si Hospitalia sit dives; sicut si pauper præsumi, si Hospitalia sit dives; sicut si pauper declarare, quod proles primogenita sit spuria; quia bona fortune, quibus proles legitima privaretur, cedunt bono fame, quod mater privaretur, nam est altioris ordinis. Tum quia viro vivente, aut fratre, &c. immineret inde grave damnium matri. Quod si imprudens mater declararet prolem esse spuriam, non teneret proles ei fidem adhibere; quia cum talis declaratio repugnet naturali pietati maternæ, non videtur carere suspitione aversionis ab uno, & specialitatis cum alio: v. n. 29.

2049 Conari autem debet mater damna legitima proli alio modo compensare, vel spurium suavitè inducendo, ut fiat Ecclesiasticus, si sit idoneus, vel de bonis propriis plus legitimæ proli distribuendo.

2050 Facilius à restitutione excusatur pater spurii; quia vel damnium ab adultera compensandum credit, vel quia raro poterit certo scire, prolem quam esse, & non alterius: v. numer. 40.

LEGITIMA

2051 Debetur filiis legitimis, tam ex bonis patris, quam ex bonis matris. Et è converso, filii, si carent descendentiis, debent legitimam ascendentiis, nempe patri, aut matri, si adint, que non debet nisi post obitum. Legitima, jure Casareo, si filiis sint quatuor, aut pauciores, est tertia pars bonorum (deductis ære alieno, & expensis profuere) æqualiter dividenda; si vero sint quinque, aut plures, est media pars bonorum: de aliis autem partibus extra legitimam parens potest disponere ad sui placium; pro quo sunt duo carmina.

Quatuor, aut infra, dant nativ jura trientem, videlicet tertiam partem.

Semiffem vero dant nativ quinque, vel ultra, videlicet dividiendam partem.

2052 Hic autem est fermo de bonis liberis ab ipsis nempe parentibus æquitiis, minime de bonis vinculariis, ab Arys quicquid, aut Proavis in testamento relictiis cum vinculo, ut tali vel tali forma, & conditione successive transcant ad hæredes: de his namque hæredes non possunt in testamento disponere ad sui libitum, sed juxta vincularum formam.

2053 Legitima non debet accipi à toto cumulo hereditatis, si sit debitis gravata; sed accipi debet ex eo, quod superest, deductis aere alieno, & expensis funeris, Bonac. tom. 2. pag. 296. n. 5. Constat ex ejus definitione; legitima enim definitur: *Portio quedam accepta à tota hereditate, deductis prius aere alieno, & expensis funeris.*

Vota autem realia, & legata à testatore relicta, sunt quidem ab herede solvenda, at non prius deducenda; prius enim ex toto cumulo hereditatis (solo aere alieno, aut expensis funeris prius deductis) est accipienda legitima. Ratio disparitatis est; quia vota, & legata oriuntur ex liberali dispositione defuncti, quae nocere non debet heredi necessario; debita vero oriuntur ex iustitia commutativa, quae nocet heredi; nam nemo tenetur ex bonis alienis ditari; debita autem funt bona aliena, adeoque nocent heredi: v. à n. 2839.

2054 Testator non tenetur dare legitimam filii; jam dicitur, Molina tom. 1. de iustitia, v. 2. diff. 177. pag. 678 quia dos æquiparatur legitime. Imò nullam actionem habet filia dotata in officium testamenti, solum petere potest complementum legitime ab heredibus, vel legataris, si dos fuerit ea minor.

2055 *Pater sunt casus, in quibus pater potest filium exheredare.* 1. Ob ingratitude, si gravem injuriam intulit patri, vel ejus vitam infidiatum sit, aut manus iniecerit. 2. Si nocentem, hoc est uxorem patris carnaliter cognovit. 3. Si cum gravi dispendio parentum bona dissipavit. 4. Si testamentum à parente condi impedierit. 5. Si patri in carcere detento succurrere negavit fidei jübendo. 9. Si patrem accuset: ut n. 1038. 7. Si filia ante annum 25. vitam egerit luxuriosam. *Quæ & similes causæ valent, quando filius aliorum de se peccat, unde vivat, alioquin pater tenetur necessaria alimenta prestare.* Com. Scot. in 3. d. 19. q. un. lit. C. in 4. d. 6. q. 10. lit. I. K.K. Matrus in Theol. mor. disp. 15. q. 5. Bonac. tom. 2. Joan. la Cruz. Tamb. tom. 1. lib. 5. cap. 2. Bufemb. l. 3. tract. 3. c. 2. Clericatus, cap. 49. Mendo cit.

FRATER

1056 **D**ives tenetur alere fratres, aut forores pauperes, etiam si sint uterini. Item tenetur forores dotare, si non sint à Patre dotatæ, Molina de just. tom. 3. diff. 224. *Surdus de alim. tit. 1. q. 25. n. 6. & fratri decedenti ab intestato illi succedunt, Rot. p. 16. recent. dec. 38. n. 14. Clericatus c. 51.*

O B E D I E N T I A

2057 **E**st virtus moralis inclinans ad implendum Superioris imperium.

2058 Virtute voti obedientie tenetur Religiosus Superiori obedire quoad omnia, quæ præcipit secundum Regulas, & constitutiones Ordinis, five directe, & explicitè, five indirectè, & implicitè.

2059 Eadicuntur indirectè, & implicitè in Regula contineri, quæ sunt valde necessaria, sine quibus Regula commode observari non potest. Adeoque non potest Superior qualvis corporis macerationes præcipere, quamvis ad pleniorum Regulæ observationem ordinentur, Bufemb. lib. 4. c. 1. dub. 3.

2060 Hinc non tenetur subditus obedire in iis, quæ sunt contra Regulam, nisi Superior sit talis, qui possit in ea dispensare, & causa legitima addit.

2061 Nec in iis, quæ sunt supra, seu præter Regulam, ut essent notabiles macerationes, nisi præcipiantur in penam culpæ, aut delicti; tunc nanque tenetur subditus obedire.

2062 Et subdit Bufemb. cit. *Nec refert, quod Regule jubent in omnibus obedire: id enim non de obligatione voti, sed obedientie perfectione intelligitur.* Ita Suarez, Sanch. 6. mor. c. 2. & Layman.

2063 Si Superior in iis, quæ præcipere potest, præcipiat: *In virtute sancte obedientie: In virtute Spiritus Sancti: In Nomine Jesu Christi,* aut simili forma, tenetur subditus sub mortali obedire, quia intendit obligare quantum potest. Sub veniali, vel nullo, si alia forma utatur, Bufemb. cit.

2064 Caveat tamen Superior, ne sit levis in præcipiendo in virtute sancte obedientie, quia hoc est præceptum formale obedientie, & Superioris gladius, qui non nisi raro, ex gravissima causa, & extrema prudentia, est evaginandus, juxta dicenda de casuum relevatione, & excommunicationis fulminatione.

2065 Nec peccat non obediendo, si rationaliter credat Superiorem non fuisse præcepturum, si veritatem scivisset, Alarius n. 20.

2066 In dubio, an res, quæ præcipiunt, sit licita, vel an addit iusta causa præcipiendi, subditus obedire tenetur, Alarius pag. 328. n. 25. Bufemb. cit. Quia Superior est in possessione præcipiendi; & nemo est spoliandus jure certo per superveniens dubium.

2067 Non tenetur tamen obedire, si prudenter timeat grave malum, aut damnum ex implatione præcepti oriturum, Alarius numer. 19. Bufemb. citat. quia in dubio fa-

favendum est ei, de cuius damno agitur.

Omnino vide dicenda in peccato mortali, de inobedientia formali, & supra n. 201.

REGULA S. P. DOMINICI

2068 **N**ec Fratres, nec Sorores obligat sub culpa mortali, aut veniali, sed solum ad penam: nisi propter præceptum, aut contemptum. Constat ex initio Const. & docet D. Th. 2. 2. q. 186. arr. 9. ad 1. Fagnan. lib. 3. c. Explicari 3. de observ. jejun. pag. 618.

2069 Pœna solet esse in ipsa constitutione taxata, ita ut transgressor debeat ex se penam implere; & tunc, si non impicat, neque venialiter peccat, quia non tenetur sub culpa. Si vero ex pœna præcipiatur à Superiore speciali præcepto, tunc non implens, culpa non caret; quia tunc præceptum est ab homine, & subditus ex voto tenetur Superiori obedire; nam pœna illa (ut supponitur) est explicitè, aut implicitè in Regula: v. n. 2057.

2070 Contemptus habetur, quando quis agit contra Regulam, in quantum renouit subijcti ordinationi Regulæ, D. Thom. 2. 2. q. 186. ad 3.

2071 Non erit autem contemptus, si contra Regulam agat ex concupiscentia, ira, aut alia passione, etiam si frequenter; frequentia enim non importat formaliter contemptum, sed solum dispositive, in quantum, qui frequenter contra legem agit, disponitur, ut tandem contra legem agat, reuens legi subijcti, juxta illud Prov. 18. Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit; & tunc est contemptus formalis. Prologus Constit. Ordin. Præd. Lit. N. Vide infra, de contemptu formali.

De Regula Clarifurum infra, cum de jejunio.

De voto Obedientie, fuse agunt Donatus tom. 3. tract. 17. & Pelliz. de Monialib. cap. 4. & 18.

DE V. PRÆCEPTO DECALOGI.

Non occides.

2072 **H**omicidium est injusta hominis occisio. Eodem præcepto prohibetur mutilatio: *Quæ est membri amputatio, & omnis læsio corporis.*

HOMICIDIUM SUI IPSIUS.

2073 **N**emini licite directe se ipsum occidere, aut mutilare; quia solus Deus est nostræ vitæ, ac membrorum nostri corporis

Dominus. Hinc peccat mortaliter, qui se ipsum castrare ad tentationes sedandas.

Imò peccat mortaliter, qui filios etiam consentientes castrat, ut sint apti cantui, Carameel in rheol. fund. à n. 163. Hos vero à peccato exculant plures Doct. Tamb. lib. 6. §. 1. Matrusius disp. 17. n. 16. Quia in horum castratione habetur utilitas; nam inde fiunt honoris cantores pro servitio Reipublicæ, & Ecclesiæ: ad divinas laudes, quæ utilitas compensat nocuumtum illud corporis, & æquivalere licitari; unde sicut pro necessitate corporis licitum est membrum abscondere, ita pro præfata utilitate, castrare. Adde in praxi hos in toto Orbe Christiano permitti.

2074 Non licet damnato ad mortem per summum veneri, illud sponte sua anticipato tempore fuciere, Mendo vtr. Homicidium, quia est hoc homicidium directum, & positivum sui ipsius.

2075 Homicidium negativum, seu indirectum sui ipsius, tunc habetur, quando quis aliquid facit, vel omittit, ex quo mors sequitur. Potest esse licitum ex bono, & sufficienti fine. Licitum nanque est, pro salute Patriæ, Reipublicæ, Principis, aut alterius personæ Reipublicæ plus necessariæ, mortis se exponere.

2076 At non licet morti se exponere ob vitam alterius privati, in quo non relucet ratio publici boni, nisi sit amicus ita charus, quod censetur (ut vulgo dicitur) *alter ego*; quia ordo charitatis à se incipit. Et multo minus licet pro ejus bonis servandis.

2077 In nullo autem casu licet vitam spirituales animæ periculo exponere.

2078 Damnato ad mortem non licet finire se mori ex invidia, Mendo cit.

2079 Licet autem se exponere periculo remotio, ubi est spes evadendi; sic licet se longæ navigationi committere. Item licet se discretis macerationibus, & jejunis affligere, quamvis prævidet mortem anticipari, Mendo cit. quia est cooperatio valde indirecta, & remota. Non licet autem ita indirecte se macerare, ut ad sit periculum proximum mortis, aut amissionis salutis.

2080 Aliquando licet aliquam causam ponere, ex qua indirecte sequatur mors; & sic t. licet tempore pestis infectis servare cum certo vitæ periculo, quia directe intenditur bonum publicum. 2. ad vitandum incendium se ex alto præcipitem dare; & quia hic directe intendit vitare metem dirorem.

QUÆRES,

2081 *An in bello navali liceat militibus, quibus nulla est spes hostes vitandi, navim incendere, aut perforare, & mari se committere, ne cum navi, & opulenta præda in hostium manus devenerint?*

Negant plures, quia est directæ occisio sui, quæ nunquam licet. *Mastrius, disp. 3. n. 21. & disp. 11. n. 104.*

Id autem licere, & non esse directam sui occisionem, tenent Busemb. & Tamb. in *dec. l. 6. c. 2. §. 2. n. 8. cum multis. Quia sine directâ sui occisione, potest quis se obsecrare velo, vel icui ad servandam vitam amici, aut Principis, vel ejusdem injuste damnati ad mortem vices subire. 2. potest in naufragio aliam, quam pro se arripuit amico cedere. 3. potest putorem incendere ad evitendam turrim. 4. potest pendulos baltes, quantumvis sint, se obducunt. Sic lib. 1. Machab. c. 9. Eleazarus, ut turrim ligneam hostium Elephanti inpositam eveteret, Elephanti se supposuit, eumque gladio confodit, cujus lapsu sese quoque corruentem eras, & corruat: ita pariter in casu proposito.*

2082 Ratio est; quia eo actu directè non intenditur mors, sed bonum publicum, ne hostis possit navi cum opulenta præda, quibus augentur ejus vires in grave damnum Patriæ, & Principis. Tum quia hoc præceptum includit duo, unum de non occidendo, & est negativum, quod semper obligat, ita ut nunquam, & in nullo statu liceat alicui directè se occidere; aliud de vita conservanda, & est affirmativum, quod proinde non obligat ad propriam, vel alterius vitam cum valde gravi incommodo conservandam.

HOMICIDIUM ALTERUS.

2083 **L**icitum est occidere aggressorem suæ vitæ, vel alterius. Item in defensionem honoris, castitatis, vel alterius virtutis, ac honorum necessariorum pro sustentatione vitæ, & conservatione status sui, & suorum; dummodo defensio fiat cum moderamine inculpate tutelæ. Ratio est; quia hæc non est directæ occisio, sed iusta defensio; quilibet enim jure nature habet jus ad tuendam suam vitam, honorem, & bona.

QUÆRES,

2084 *An liceat privata auctoritate tyrannum occidere?*

Sil nomine tyranni intelligatur ille, qui est legitimus Princeps, sed tyrannice, & directè, regit, non licet, & oppositum alterere est hæ-

resis damnata à Concilio Constantiensi *sess. 15.* Si intelligatur ille, qui non est legitimus Princeps, sed invasor; absolute affirmant licere plures Doctores apud Dianam *p. 5. rr. 4. resp. 21.* quos sequitur *Mastrius in reolog. mor. disp. 8. g. 2. n. 27.* si majora non timeantur mala; quia licet occidere hostem, & hic est hostis generis quasi continuum bellum cum Regno.

Dico cum *Filiuccio rom. 2. rr. 28. c. 1. n. 14.* solum licere, dum actu Regum invadit, minime postquam invaserit, præsertim si Regum pacifice possideat, quia tunc res tam gravis non est remittenda privato judicio, sed spectat ad publicum totius Regni, seu caputem. Hanc sententiam tenet *Dana cit. rite addens;* priorum non esse consulendam; nam est revera periculosa: *v. n. 298.*

MODERAMEN INCULPATÆ TUTELÆ

Tunc habetur, quando defensio, aut vitatio mali, aliter, seu alia via haberi non potest; sed aggressoris occisio est unicum & singulare medium ad illam.

Hinc 1. Si dum te defendis, aggressor fugiat, non licet eum insequi, & occidere. 2. Si potes mortem vitare fugiendo, teneris fugere, ut tenetur Religiosus, nisi ex fuga prævideas te occisurum. Nobilis, & miles non tenetur fugere; quia iuga ei cedit in amissionem honoris, & grave dedecus. 3. Si aggressor, injuria jam illata, v. g. alapa jam iniecta, actu fugit, non licet eum occidere, quia id esset vindicta privata.

2086 Dixi, *bonorum necessariorum pro sustentatione vitæ, & conservatione status;* quia modicum incommodum in amissione boni temporalis non est mendicandum cum gravissimo damno vitæ aggressoris: ita & est amissio vitæ, vel alterius auri: imo & plurium, quot attendenda conditione personæ, quæ invaditur, non sunt necessaria natura, aut statui; ac proinde pro ejus conservatione non licet aggressorem occidere: *v. n. 409.*

2087 In qua re (addit *Cardenas*) si vir, qui fugere non tenetur, nempe nobilis, aut miles, invadatur à fure, qui intenter pallium modici valoris, v. gr. unius, aut quatuor aureorum, ab eo eripere, potest ille se defendere opponendo gladium; & tunc, si fur desistat, & fugiat, non potest eum insequi, & occidere; si vero fur etiam suum gladium contra dominum rei educat, tunc vir ille potest se defendere defensione occisiva; cum moderamine tamen inculpate tutelæ; quia tunc est defensor non rei materialis, sed honoris, & vitæ;

vite; nam tunc fur evadit aggressor, non solum contra rem materiale, sed contra ejus honorem, & vitam. Demum si pallio jam ablato fur fugiat, non potest dominus eum insequi, & occidere; quia cum jam injuria sit illata, non est defensor honoris, & vitæ, sed rei temporalis exiguæ, quam non licet vita furis compensare.

2088 Religiosus potest à fure se defendere, clamando tamen, aut fugiendo, minime defensione occisiva; quod si honesto modo se defendere non valet, pallium furi relinquat, & cum Deo commendat: *v. in prop. 30. & 31. ab Innoc. XI. damn.*

2089 Non licet viro honorato occidere invaluorem, qui mittitur calumniis inferre, aut infamias. Nec licet alicui se defendere defensione occisiva, contra injuste impediendum, ne hæreticus adeatur, ne bona, quæ actu non possidemus, obtineamus; & in similibus casibus. Ratio, inquam, est; quia id cedit in maximum Republicæ discrimen, est enim usurpatio juris Republicæ, quæ propterea Judices, & Tribunaia plura constituit, ut populorum injuriæ punitio compensetur, & iura, ac bona illæsa ferventur; & si quilibet posset privata autoritate ad præfata mala impedienda alium occidere, cum hujusmodi injuriæ, vexationes, &c. sint quotidianæ, quotidianæ essent homicidia, & sic publica quies, & pax maxime perturbaretur.

Immo, si in his casibus potest autoritate publica malum impediri, cessat moderamine inculpate tutelæ, sine quo nullo pacto est licita occisio alterius; occisio, inquam, in his casibus non est unicum medium, cum possit malum alia via reparari; demum nullus esset deus, viata securus: quia in causis, litigiis, & actionibus humanis, homini propriis commodi amore obcecato non deficient pretextus, atque colores, quibus censetur iniustitia, injuste impeditus, &c. *v. in prop. 17. & 18. ab Alex. VII. damn. & in prop. 30. 32. & 33. ab Innoc. XI. damn.*

2090 Non licet uxorem, fororem, aut filiam in adultério deprehensam occidere, nec adulterum, quia injuria est jam illata, & nemini licet injuriam jam illatam privata autoritate reparare; quoniam id spectat ad jus publicum: hinc leges civiles, quæ id permittunt, sunt correctæ à Jure Canonico.

2091 Hinc adulteri reperti in fragranti crimine possunt se defendere contra maritum occidere volentem, etiam defensione occisiva, potiori jure, quam banniti.

2092 Banniti enim, seu proscripti à Principe cum licentia eos impune occidendi, pos-

sunt contra aggressores se defendere, etiam defensione occisiva. Tamb. in *dec. lib. 6. cap. 1. §. 1. num. 8.* quia per sententiam Judicis non amiserunt jus ad vitam tuendam; verum tamen est, quod possint sine peccato occidi.

2093 Si autem vir videt adulterum accedentem ad violandum sui torum, si alio modo impedire non possit, potest se opponere gladio: & si ille fugiat (ut est verisimilius) non potest illum insequi, & occidere; quia jam injuria est impedita. Quod si adulter sit audax, & suum gladium contra virum educat, & in usu gladii perfluit, tunc potest vir se defendere defensione occisiva; tunc nanque defenit honorem, & vitam: *ut n. 2087. & in pag. 2. in prop. 19. ab Alex. VII. damn.*

2094 Puella, & mulier honesta, si in sua pudicitia, & castitate opprimatur, non debet se occidere, aut murdare, v. g. linguam, &c. quod si alicuius Sarcinæ fuerint, est ignorantia, aut interiori Spiritus Sancti flagrantia, ut interiori Spiritus Sancti flagrantia eg runt, n. 2072. Neque tenetur aggressorem occidere. Dicit tamen se defendere clamando, & quantum debiles ejus vires permittunt, se opponendo; quod si alia via se defendere non possit, non tenetur, sed potest se defendere defensione occisiva: *v. n. 2083.* tunc nanque: *Si injuria violabitur, virginitas duplicabitur ad coronam.*

2095 Qui occidit hominem pro defensione suæ vitæ: *ut n. 2083.* cum moderamine inculpate tutelæ, nec peccat, nec evadit irregularis. In aliis autem casibus, licet non peccet, fit irregularis ex defectu lenitatis. Ita ex jure.

2096 Qui occidit Clericum deprehensum in fragranti crimine cum uxore, matre, sorore, vel filia, non est excommunicatus, sed peccat peccato homicidii. *Mendo ver. Adulterium, n. 2.* Quia Ecclesia [sit ipse] parit tam dolo, dolenti, nolens alium superaddere. Si debens, non contrahere irregularitatem; si occisus non sit Clericus; quia in hoc æquiparatur. Ita ille.

2097 Non posse quem in defensionem proximi ejus aggressorem occidere, nisi ille proximus sit ei Superior, aut cognatione conjunctus, tenet Tamb. *rom. 1. lib. 6. c. 1. §. 1. n. 11.* quia chantas æque militat pro vitæ aggressoris ac aggressi.

2098 At *Mendo ver. homicidium, n. 6.* inquit: *Ut defendat quis innocentem, aliter occidendum, seu ejus bona ingenia, si alia via nequeat eum liberare, potest aggressorem occidere, cum proximi unum sint nobiscum per charitatem. At non tenetur ex iustitia quis nisi ex officio ei incumbat, sed ex civitate, sub letibus*

te succurre necessitati externe proximi: nisi ipse ideo in simili periculo constituitur; tunc enim nullo modo tenetur.

QUERES,

2099 An liceat praevenire, occidendo illum, à quo quis est occidendus?

R Elpondet Clericatus cap. 58. duas esse opiniones; quas refert Tamb. in decis. lib. 6. cap. 1. §. 1. n. 15. & Azor. d. lib. 2. cap. 1. qu. 12. ubi affirmativam tenent, quando quis aliter vitam propriam defendere non potest ab aggressore armis contra se irruente. Dixi, armis: quia si quis impetravit falsis accusationibus, aut injusto processu, non est licitum occidere falsos testes, vel iudicem iniquum, juxta contrariam opinionem damnatam à Sacri. Congr. d. anno 1665. Maffius disp. 11. n. 110.

DE MANDANTE, ET CONSULENTE.

2100 **M**andans fieri homicidium, si ante executionem expresse vel facite mandatum revocavit, & revocatio in notitiam mandatarii pervenit: si mandatarius adhuc homicidium exequatur, mandans non est homicida, nec irregularis, neque est excommunicatus, si occisus sit Clericus. Consulens vero homicidium, si revocato consilio, qui illud recepit, homicidium exequatur, est homicida, irregularis, & excommunicatus, si occisus est Clericus; idem de onere restitutionis pro furto. Ita communior contra Dian. p. 3. tract. 5. cap. 82. Et par. tract. 2. ref. 14. & Tambur. lib. 6. dec. cap. 4. §. 5. n. 3. 4. Ratio est, quia mandatum fit in gratiam mandatantis; unde si eo revocato mandatarius homicidium exequatur, non in vim mandati sed nomine proprio illud exequitur: excipit, si revocatio non perveniat in notitiam mandatarii; quia tunc agit in vim mandati, & se incurrit mandans.

2101 Consilium vero fit in gratiam recipientis, adeoque etiam eo revocato, consilium habet infirmum; nam alius agit in vim consilii, quatenus firmiter ejus mensi interfuit. Excusatus autem consulens, primo, si consilium revocavit addendo preces importunas; & videns, quod hoc non sufficerent, monuit occidendum, ut caveat. 2. si ille, cui fuit datum consilium, & facta suo homicidio, aut furti, per seipsum erat determinatus ad illud, tunc inquam consulens non erit homicida, irregularis, aut excommunicatus, nec tenebitur ad restitutionem pro furto, nisi for-

te quoad excessum; si ille erat determinatus ad furandum v. g. decem, & tu statisti ad furandum viginti. V. infra ver. Qui restituitio tenentur.

Scotus in 4. d. 15. qu. 3. litt. G. dist. 25. qu. 1. litt. E. d. 33. q. 2. litt. C. Maffius in Theol. mor. disp. 11. quest. 6. Bonac. tom. 2. pag. 547. Joan. la Cruz pag. 67. Tamb. lib. 9. Bulemb. lib. 3. tr. 4. c. 1. Cardenas disp. 21. Clericatus cap. 58. Mendo cit.

RESTITUTIO PRO HOMICIDIO.

2102 **Q**ui fuit causa homicidii voluntarii injulti, mutilationis, aut vulnerationis, restituere tenetur laeso, aut ejus heredibus, expensas pro curatione vulneris, & lucrum, quod cessat ex officio, quod laeso exercere non potest de detractis expensis, quae pro eo facere solebat. Ad nihil autem tenetur, si occisus fuit provocatus ad pugnam, aut si injulium aggressorem occidit: v. n. 2112.

2103 Pro vita, membro, cicatrice nil est restituendum, quia sunt bona superioris ordinis, quae pecunia estimari non debent, sed solum est venia petenda, nisi exinde fit damnum secutum, ut in puella, quae ob deformitatem ex cicatrice contractam non potest nubere patri, illi debet damnum juxta prudentis aestimationem compensari. Lessius de just. lib. 2. cap. 9. dub. 27.

2104 Si quis innocens damnetur à Judice ob homicidium occultum ab alio patrum, non tenetur homicida refarcire damna innocentis, Tamb. lib. 6. cap. 4. §. 1. con. de Lugo; quia non fuit causa physica, sed moralis talis damni; nisi usus fuisse armis iniuste innocentis; aut nisi homicida occisi cadaver in agro, vel ante domum innocentis posuisset, ex quo iudicio innocens damnatus fuisset.

2105 Pater non tenetur ad restitutionem pro homicidio filii, nisi fuerit damnatus poena poenitentia circa legitimum: Nec dominus pro homicidio servi, nisi fuerit in culpa: Nec quis pro homicidio patratio in duello, nisi occisus fuisset coactus, aut deceptus, Tamb. cap. 4. num. 2.

2106 Occisor non tenetur restituere pauperibus elemosynas, quas occisus illi elargiri solebat, Tamb. cit. c. 4. §. 3. n. 12. Et 13. quia respectu illorum non laesit iustitiam. Nisi eo animo occidisset.

2107 Si occisor fuit poena personali punitus, tunc haeres (si sit potens) tenetur refarcire damna filii, uxori, & aliis descendentibus occisi, si illi sint pauperes; minime, si divites, Tamb. cit. §. 3. n. 14. quia isti solent esse contenti poena personali occisori inflata.

Qui

2108 Qui à latronibus requisitus offendit doctum Petri, qui inde fuit ab illis occisus, non tenetur ad restitutionem, si id fecit coactus; bene vero, si sine coactione, Tamb. citat. §. 4. n. 3. Diana p. 4. tr. 3. ref. 63.

2109 Homicidam non teneri ad restitutionem pro bonis spiritalibus, quae occisus face-re solebat, v. g. pro Missa, quam celebrare facebat, docet Lessius de just. lib. 2. c. 9. dub. 25. contra Tamb. cit. §. 3. n. 20. Et 21. qui affirmat, quia opera spiritalia habent certitudinem.

QUERES I.

2110 Petrus pugna urgente excitavit socios pro sui defensione; hinc unus ex sociis fuit occisus. An teneatur ad refarcienda damna heredibus occisi?

R Esp. ad nil teneri, si pugna erat justa; bene vero, si injusta, Tambur. cit. §. 3. n. 19. ex de Lugo de just. dist. 12. nu. 38. quia in secundo, non in primo caso, excitando socios, operatus est contra iustitiam.

QUERES II.

2111 Quis inficit vinum veneno pro inimico; supervenit amicus, qui bibit, & mortuus est, An sit homicida?

R Esp. non esse homicidam, nec inde irregularem, si eum monere non potuit sine sua propria vitae periculo, Tamb. cit. c. 4. §. 4. n. 2. ex de Lugo cit. disp. 8. num. 86. quia tunc mors amici est illi involuntaria, cum praecavere non potuerit.

QUERES III.

2112 Occisus ante mortem remisit omne debitum homicidae, An exiit uxor, & filii possint petere refarcitionem damni, quod partivitarit?

R Esp. posse, De Lugo cit. dist. 11. num. 63. Tamb. cit. c. 3. §. 3. n. 10. Et 11. quia remissio ab occisore facta locum habet in damnis partivitaris usque ad ejus mortem, minime in sequentibus.

CONFESSARIUS

2113 **U**ltra onus restitutionis, consultum est, ut pro poenitentia occisori iungantur Missas, Communiones, elemosynas, & orationes pro anima occisi, v. g. unam Missam, Communionem, & Rosarium singulis mensibus pro uno anno, & pro qualibet die anniversaria mortis singulis annis suae vitae, addendo pro primo anno jejunia, & disciplinas saevias, & minus, juxta circumstantias, quas debet inquirere, puta si occisus fuerit Clericus, Sacerdos, si in loco sacro, si usus sit locis auxiliantibus, si cum notabili saevitia, si mors fuerit repentina. Item interrogare debet, an habeat uxorem, filios, &c.

HOMICIDIUM CASUALE.

2114 **Q**ui casu, seu praeter intentionem alium occidit, vulneravit, &c. si fuit in culpa gravi, sufficientem diligentiam non adhibendo, est homicida, & irregularis, quia homicidium est voluntarium in causa.

2115 Si vero non fuit in culpa, quatenus nullo pacto periculum advertit, aut de eo dubitavit; vel si advertit, sufficientem diligentiam adhibuit, & praecavit, quatenus, v. g. antequam lapidem in viam proiceret, verbis, aut solito signo apposito transientes monuit: Plures tenent eum irregularitatem non incurtere, si dedit operam rei licitae; incurtere vero, si dedit operam rei illicitae, ex qua secuta est venationem peregrinis, casu occidit alium. Probant ex c. Constituitur; ubi declaratur fuit irregularis Clericus, qui gestans retro falces laedi occidit laicum, qui causa laedi supra ipsum Clericum quasi equitatus incurtus saltavit, & falce interfecit.

2116 Probabilius mihi videtur, cum Diana Bonacina, Leandro, & aliis, cum in foro conscientiae irregularitatem non incurtere ob defectum voluntarii; quia licet factum, v. g. homicidium, sequatur ex opere illicito, ignorantia tamen facti adhuc tollit à facto voluntarium, ideoque excusat à poena. Textus Canonici habet locum pro foro externo, in quo praesumitur advertentia, aut mortalis negligentia, quando homicidium sequitur ex opere illicito.

2117 Eam, qui ex errore occidit unum hominem pro alio homine, aut unum Clericum pro alio Clerico, ad irregularitatem, & respectu ab excommunicatione excusant Portellus, Fraguosus, & Tamb. cit. quia actio externa individualis homicidii non est voluntaria; ille naque intendebat occisionem individualem, v. g. Petri; unde peccat homicidio solo interno, non externo, cui est annexa irregularitas, & pro Clerico censura.

2118 Probabilius mihi est, quod sit irregularis, atque etiam excommunicatus, si occisus sit Clericus; quia ratio formalis, ob quam incurrit irregularitas, est occisio hominis, & ratio censurae, est injuria status Clericali; individua vero materialiter se habent ad id: unde quia in occisione ex errore facta Petri pro Paulo est intentata ratio formalis hominis, & haec est in Petro, incurrit irregularitas; sic pariter de censura in occisione unius Clerici pro alio: v. n. 2147.

2119 Praeterea ex opposita opinione sequerentur absurda, quod ex errore fornicans

unam

unam mulierem pro alia, & furans unum calicem pro alio, non peccaret peccato externo fornicationis, furti, aut sceleris; quia sicut ibi occisio unius hominis est intenta, alia non intenta commissa; ita hic fornicatio unius mulieris, & ablatio unius calicis est intenta, alia non intenta commissa: *u. n. 577.*

ABORTUS.

2120 **N**on licet procurare abortum etiam ante animationem fetus ad vitandam infamiam, aut occisionem, quia est ab intrinseco malum. Tem. quia (ut ait Cardenas) procuratio abortus, fetus inanimati est gravior pollutione; quia fetus inanimatus est propinquior generationi, quam semen; adeoque cum poli voto voluntaria nunquam sit licita etiam ad vitandam mortem, quia opponitur generationi; & fortiori neque erit licitus abortus inanimatus, qui magis generationi repugnat. Item neque licet procurare abortum fetus inanimati ad vitandam mortem ex puerperio, & licet plures Doctores, ut Fillius, & alii asserunt in hoc calu licere; ratio tamen alia eque probat oppositum.

2121. At Clericatus *c. 59. n. 1.* querens, An liceat pregnantis infirmæ pro tuenda vita sua procurare abortum?

Resp. Si fetus sit inanimatus, potest procurari abortus non directe, se indireccte ad sanitatem matris consequendam. Si vero sit fetus animatus, alii dicunt, neque directe, neque indireccte posse matrem pharmaca sumere ad recuperandam sanitatem, si inde abortus sit securus; quia debet præferre salutem spirituales prolis sanitati suæ corporali. Alii distinguunt: si matre abstinente à medicamentis, spes probabilis sit, quod proles sit viva nascitura, tenetur mater abstinere: at si hæc spes cesserit, poterit mater ad conservacionem suæ vitæ sumere pharmaca, quamvis securus sit abortus; nam certari non poterat, si mater mortua esset, *Marius d. disp. 8. n. 30. & 31. & Tambur. d. lib. 6. in dec. c. 5. §. 4. Et novissime Cardenas in crisi theol. disputat. 22. n. 21. & 299.*

2122. Cujus ultimi dicti ratio potissima esse potest; quia ex una parte jam desperatur ortus prolis vivæ, & simul ex alia id non esset procurare abortum, sed vitam matris, quæ directe procurari potest, licet abortus sequatur, dummodo directe non intendatur, *Mendo in epist. ver. Abortus, n. 1.*

2123. Joan. de la Cruz addit: *Licet applicare pregnantis medicinam per se causatorem salutis, est per accidens sequatur abortus; quia iste, sic*

ut & occisio invasoris, & evasione effectus per accidens securus ex salute pregnantis per se intentus. & sic potest pregnantis salvas, curare, si hoc sit causa per se salutis, est alia; sequatur abortus. Si constat, matrem mori, & consequenter factum, licet ei applicetur medicina aque salutifera, & morifera, maxime si fetus non sit animatus; quia si mater, & fetus periclitantur, & quæ non sit injuria factus, si pro liberanda matre sit in ea talis experientia.

2124. Nulla ex causa licet adhibere remedia directe, ne mulier prolem concipiat.

2125. Procurantes abortum fetus animati effectum secuto, sunt homicidæ, reputantur proditores, juxta dicta de immunitate *n. 649.* incidunt in excommunicationem latam à Sixto V. & Greg. XIII. Summo Pontifici reservatam, à qua possunt absolvi Episcopi, & Regulares, virtute privilegiorum, exceptis locis, ubi Episcopi hunc calum sibi specialiter reservaverint, juxta dicenda de calibus reservatis.

2126. Item evadunt irregulares, etiam in dubio, an fetus sit animatus, sicut in dubio homicidæ.

2127. Hæc irregularitas non potest dispensari, nisi à Papa. In casu occulto potest à Sacra Pœnitentiana dispensari; sed in supplicatio, si ipse sit genitor fetus, exprimi debet, quod fetus erat à se genitus: ahas dispensatio censetur subreptitia ex llylo Sac. Pœnit.

2128. Qui ratum habet, seu approbat abortum suo nomine factum, dictas penas incurrit, si approbet ante factum; minime, si postquam sciverit factum; quia in priori casu est causa influxiva, minime in posteriori.

2129. *Mendo cit. nu. 1.* inquit, in recentibus Bullis Sixti, & Greg. ex ipsius verbis non ferri censuram contra feminam, procurantem abortum in se ipsa, sed in alia femina.

Vide in pag. 5. prop. 34. & 35. ab Innoc. XI. damn. Et intra de irregularitate.

DUELLUM.

2130. **R**æce Monomachia, est pugna inter duos ex condicio susceptæ, hæc est designanda arma, tempus, & locum, cum periculo vite, aut gravis vulneracionis. Dicitur inter duos, quia inter duos contingere solet; unde etiam inter plures pugna potest esse duellum, si fiat ex condicio, & auctoritate privata. Publica auctoritate est licitum, v. g. ad terminandum bellum cum minori damno, ut contingit inter David, & Goliath, Diana p. 3. tract. 6. ref. 1.

2131. Differt à simplici rixa; quia hæc non fit ex condicio, sed ex aliquo subito casu.

Non.

QUERES,

2137. **D**uo viri nobiles, postquam injuriis ad invicem se affecterunt, deciderunt honoris causa apud mundum exire ad duellum, non animo vero pugnandi, sed aliquos ritus sibi inferendi, ita ut statim interpositis amicis, de eorum mente eductis, & ad id revulsis, desisterent, & reconciliarentur. Ita accidit, uti fuit inter ipsos, & cum amicis facta conventio.

Dico, eos peccata mortaliter malo exemptione, aut scandalo, præsertim si fuerint spectatores alii, qui eorum conventionem ignorabant. Non incurrit autem excommunicationem, & penas; quia hæc sunt contra verum, non fidem, & simulatum duellum: sunt enim contra duellum cruentum (ait Gregor.) in quo est periculum vitæ, aut gravis vulneracionis; quod nullum est in casu, cum stant conventio, adit moralis securitas; quod nullum sit periculum, sed inde pax concilianda. Et licet ad locum delinatum accesserint, non accesserunt vero pugnaturi, & per ipsos iteri, quo minus vera pugna committeretur.

Securus in *2. disp. 15. q. 3. disp. 25. quest. 1. lit. E.* *Mullus in 2. l. boal. mor. disp. 11. q. 6. disp. 10. nu. 112. disp. 9. n. 100. disp. 8. q. 2. Joan. la Cruz, p. 67. 71. Bonac. 10. 2. pag. 547. tom. 3. disp. 2. q. 2. p. 10. pag. 190. Tamb. 10. 1. pag. 168. pag. 217. Bulemb. lib. 3. tract. 4. Cardenas disp. 12. & 22. Clericatus, & Mendo cit.*

DE VI. IX. ET X. PRÆCEPTO DECALOGI.

Non adulterabis. Non concupisces uxorem proximi tui. Non concupisces rem proximi tui.

2138. **L**uxuria, est inordinatus appetitus venereorum; ex genere suo est mortalis, nec in ea datur parvas materiam; unde à mortali solum excusare potest defectus plene advertentiæ, aut perfecte deliberacionis. Ejus septem sunt species. Simplex fornicatio, stuprum, adulterium, incestus, raptus, sacrilegium, & peccatum contra naturam.

2139. Simplex fornicatio est inordinatus concubitus soluti cum soluta. Est ab intrinseco mala, & jure naturæ; quia ultra pericula discordiarum, abortus, occisionum, præsertim matris, & prolis, quæ sæpe hospitali exponitur, per se (ait D. Thomas) opponitur educationi prolis, ejus cura magis spectat ad patrem, à quo est instituitur, & de-

fen-

224 **F**endendus filius. Pater autem non est sollicitus de iudiciis, & defendenda parole, quam ex fornicatione habet. 1. vel quia considerat, quod non sit legitima. 2. vel quia non est certus, an proles sit sua, cum sit ex vago concubitu; vel quia non habitat perpetuo cum prole, & femina. Unde ad rectam proles educationem requiritur, ut proles sit nata ex determinata femina, cum qua vir permaneat, non ad modicum tempus, sed per totam vitam ex obligatione, quod habetur per contractum Sacramenti Matrimonii. Hinc concludit Apost. ad Corint. 6. Nolite errare: Neque fornicari, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores. *Cre. Regnum Dei possidebunt: v. in pag. 5. prop. ab Innoc. XI. damn.*

2140 Unde fornicatio est peccatum mortale: Et oppositum est hæretis dama. in Clem. Ad nostram, de hæreticis.

2141 Qui commisit copulam cum soluta, non sinitur, si dicat: *Commissi grave peccatum contra castitatem cum soluta*; sed debet explicare in confessione copulam; quia sic non explicat peccatum, quod fecit; nam etiam soli talis impudicus cum soluta, aut morose delectationis intere: de ea sunt gravia peccata contra castitatem. Tum quia copula est actus principalis completus, ad quem ceteri tanquam dispositiones prævia ordinantur: *v. in pag. 2. prop. 25. ab Alex. VII. damn.*

2142 Copulam cum infideli addere simpliciter fornicationis malitiam specie distinctam in confessione aperendam, tenet Nav. & de Lugo. Negant Diana, Filliuc. Matruius, & Tambur. quia nulla apparet ratio specifica distincta, bene tamen major gravitas, ob quam reservari solet, & puniri. Nec id probat prohibitio matrimonii cum infideli; quia in matrimonio habetur major conjunctio, quam in copula furtiva; & inde habetur periculum subversionis conjugii, & proles.

STUPRUM

2143 **E**st de fornicatio puella virginis, ipsa invitata; tunc dicitur invita, quando vi, aut dolo, timore, aut fidei promissione matrimonii, &c. decipitur, & inducitur ad copulam; & tunc est speciale peccatum ob injuriam, quam stuprator infert puellæ, & parentibus; unde tenetur in foro conscientie illam ducere in uxorem, aut juxta sui possibilitatem, & prudentis arbitrium dotare, uti esset virgo; ad quod non tenetur in foro conscientie, sed solum in foro externo, si ipsa libere consenserit precibus, sine vi, aut deceptione; tunc probabile est, tunc esse simpliciter fornicationem, & propterea non esse nec-

cessario explicandam circumstantiam virginitatis ablata, seu amissa, quia quoad hoc mulier est libera, & volenti ac consentienti nulla fit injuria. Sanc. de matr. lib. 7. disp. 12. Clericatus c. 68. n. 1. Mendo in epist. ver. Luxuria n. 7. Leand. de pan. disp. 8. §. 2. qu. 15. contra Ledesim. Graffum.

2144 Si stuprum remansit occultum, & matrimonium æque opulentum non impeditur, stuprator non tenetur dotare, quia nullum est damnum illatum.

2145 Clericatus c. 68. ex Antonello c. 30. loquendo de calibus, in quibus stuprator non tenetur dotare, ait, esse sequentes. 1. Si virgo non vivebat honeste, nec servato reverentiæ pudore. 2. Si puella post stuprum patiatur se ab aliis carnaliter cognosci.

ADULTERIUM

2146 **E**st inordinatus concubitus cum persona conjugata: est contra castitatem, & justitiam, ob injuriam conjugis, qui est ejus corporis dominus. Unde conjugatus conjugatam cognoscens duo adulteria committit, in confessione exprimens, ob duas injurias, & injustitias, unam proprio, alteram alterius conjugii illatam: *v. n. 2177.*

2147 Malitia adulterii contrahitur etiam si maritus in adulterium uxoris consentiat; quia injuria fit conjugi non absolute considerato, sed ut subest statui matrimonii, ob quem habet jus in conjugem, & debetur ei fides conjugis; cui juri, & injurie cedere, & renunciare non potest: sicut (ut exemplificat Cardenas) si iudex laicus Clericum ad suam Tribunal trahat, etiam ipso consentiente, imo requirente, est excommunicatus; quia adhuc injuriam committit in Clericum; nam injuria non fit Clerico absolute considerato, ut persona Petri est, sed ut subest statui Clericali, ob quem habet jus immunitatis, & ei debetur honor à laico, cui Clericus cedere, & renunciare non potest: sic per adulterium uxoris injuria irrogatur marito etiam consentienti in adulterium: *v. in pag. 5. prop. 50. ab Innoc. XI. damn.*

2148 Maritus, si dum uxorem cognoscit, de alia cogitet, & se delectet, malitiam adulterii interni contrahit in confessione exprimens. Pro restitutione: *v. n. 2049.*

2149 Si sponsalibus nuptiis, & matrimonio non celebrato, sponsa rem habeat cum alio, tenetur in confessione aperire, se esse matrimonio promissam; quia committit injuriam sponsæ, ac inde contrahit speciale malitiam; non sic sponsus, quia in exilimatione hominum non censetur ille gravem injuriam inferre. Negant etiam alii de sponsa.

Pæ.

2150 **P**œna adulterii ex Jure Canonico sunt. 1. Separatio thori, c. Ex litteris, de divorcio. Et amissio juris ad petendum debitum. Ur infra, de matr. 2. Infamia, c. Infames 6. qu. 1. 4. Tertia privatio dotis, c. Plesonque, & Gloss. ibid. de donat. inter virum, & uxorem. 4. Si adulteritatem non amittit dotem. 1. Si adulteravit de consensu mariti. 2. Si maritus adulteraverit. 3. Si maritus occidit uxorem ipsam in adulterio deprehensam. 4. Si uxor habeat filios ex primo marito. 5. Si agatur de bonis paraphernalibus. 6. Si solum oscula, vel amplexus interceperit, Clericatus cap. 70. ex Antonello lib. 6. c. 33. n. 5.

INCESTUS

2152 **E**st inordinatus concubitus cum consanguinea, vel affini. Affinitas, si sit orta ex copula licita, nempe matrimoniali, se extendit usque ad quartum gradum; si ex copula illicita, usque ad secundum. Incestus malitia consistit in irreverentia, quæ sanguini, aut conjunctioni irrogatur.

2153 Hac ratione Tamb. citans pro se Filiuc. Cajet. & alios graves Doctores tenet, incestum cum consanguineis non differre specie ab incestu cum affinibus, nec incestus cum alterutris ex prædictis in primo gradu usque ad quartum, ita ut nec conjunctiones, nec gradus sint de necessitate in confessione explicandi, sed sufficit dicere: *Commissi incestum*; quia malitia incestus consistit in irreverentia, quæ fit conjunctioni: major autem, & minor conjunctio non variant speciem.

2154 Probabilius dico, gradus consanguinitatis differre specie à gradibus affinitatis, cognationis legalis, & spiritualis, de quibus cum de matr. & in eadem linea consanguinitatis primum gradum differre specie à reliquis tribus; quia hujusmodi incestus sunt contra diversas honestates; nam contra diversam honestatem est incestus cum matre, quam cum noverca, vel alia cognata cognatione legalis, aut spiritualis jure positivo impolita; honestas enim cum matre est jure nature. Pariter contra diversam honestatem est incestus cum matre, filia, & sorore, quam incestus cum ceteris tribus gradibus; hinc in his gradibus dispensant Pontifices, non in primo; ac prout est in confessione explicanda qualitas conjunctionis, an cum consanguinea, vel affini; & in eadem linea consanguinitatis est explicandus primus gradus, non reliqui: *v. n. 2186.* Malitius hic cum pluribus.

2155 Qui post copulam incestuosam vult contrahere in gradu prohibito, debet pro dispensatione recurrere ad Sacram Pœnitentiam. *Examen Ecclesiast.*

ram, ut supra n. 157. fit tam copula, quam gradus sint occultis.

2156 At si gradus est publicus, copula vero occulta, debet prius petere à Dataria dispensationem gradus, & postea à Sacra Pœnitentia dispensationem impedimenti orti ex copula incestuosa occulta, Sanchez de matr. disp. 25. n. 11. & 12. Clericatus c. 71. n. 10.

2157 Copula cum filia Confessionis non est incestus, quia nulla inde conjunctio contrahitur; nec sacrilegium, quia nulla injuria Sacramento inferitur: *v. tom. 3. n. 601.*

RAPTUS

2158 **E**st quo persona aliqua invita, vel resistens eius parentibus, aut illi sub quorum cura est, abducitur per vim ad libitum explendam, vel matrimonium contrahendam.

Unde in rapto tria requiruntur. 1. Abductio personæ raptæ à domo sua, vel paterna, & in aliena detentio. 2. Requiritur vis; & sic contrahit etiam malitiam injuritiæ, alioquin erit fuga voluntaria. 3. Quod abductio fit causa explendæ libidinis, vel inveniendi matrimonium. Ex his sequuntur. 1. Raptum à stupro differre; quia stuprum semper est cum virgine, raptus vero cum quacunque muliere; imo etiam cum adolescente; qui est peior. Tum quia raptus addit abductionem à domo. 2. Sequitur, quod si fiat alia causa, v. gr. redigendi raptum in servitutum, non est raptus, sed plagiium, quod est species furti.

2159 Plagiium est detentio hominis liberi in servitutum.

2160 Ad raptum non requiritur vis absoluta, de qua alibi; sed sufficit ea quæ fit ex suasionibus, importunis precibus, ac blandimentis, aut fidei promissionibus, Clericatus c. 69. ex Navar. Mendo ver. Raptus n. 2.

2161 Pœna contra raptorem ex Jure Canonico sunt. 1. Infamia: adeoque est irregularis, ut non possit Ordines suscipere, & Beneficia. 2. Excommunicatio ipso jure, ex Trid. sess. 24. de refor. c. 9. quæ non est reservata. 3. Obligatio dotandi raptam. 4. Si raptor sit Clericus, est depositio à Beneficio, & exercitio Ordinis; quæ tamen est pœna ferenda sententiæ, Clericatus cit.

Vide infra de matr. ver. Raptus.

SACRILEGIUM

2162 **E**st peccatum luxuria, quo persona sacra, qualis est persona vero castitatis Deo dicata, vel locus sacre violatur. Si amba personæ, quæ peccant, sunt sacre, est duplex

plex sacrilegium in confessione exprimentum ob duas injurias, & irreverentias numero distinctas: n. 2146. & supra de sacrilegio ad n. 550. ad 562.

PECCATUM CONTRA NATURAM.

2163 **E**st illud, quo fit seminato modis repugnantibus institutioni naturae. Juxta horum modorum diversitatem, quatuor sunt species peccati contra naturam, mollietis, seu pollutio, inordinatus concubitus, sodomia, & bestialitas.

POLLUTIO.

2164 **E**st voluntaria seminis effusio extra vas. Est ab intrinseco mala; quia opponitur generationi: v. n. 2120. Et ex ipsius Ethicis Martialis lib. 9. Epigr. 42. sic Pontium se pollutentem obiurgat: *Hoc nihil esse putas? Scelus est, mihi crede, sed ingens.*

Quantum vix animo concipis esse tuo.

Ipsum crede tibi naturam dicere verum;

Ut quod digiti Ponce perdis, homo est.

Vide prop. 49. ab Innoc. XI. damn. pag. 5.

Item n. 220. 2174.

2165. Si in pollutione conjugatam, conjugatam, voto castitatis ligatam, &c. quis cogitet, debet circumstantiam exprimere; quia illa speciem malitiae contrahit ex objecto: vid. n. 2184. 269.

2166. Qui actionem facit, ex qua praevidet se pollutionem passurum, non peccat, si actio sit in se licita, adfit iusta aut honesta causa eam exercendi, & alios habeat effectus licitos & honestos, ob quos exercetur, dummodo non consentiat voluptati, Tamb. 116. 7. Decal. c. 7. §. 2. Mendo ver. Pollutio, Clericatus c. 73. n. 6. vide n. 2169. & 2180.

2167. Pollutio in somnis involuntaria non est peccatum; quia est effectus naturalis. Si autem postea de ea, dum es vigil, complacens, complacentia erit. mortalis.

2168. Hinc non peccat, qui pollutionem involuntariam in somnis jam coeptam non impedit, si voluntarie in ea non complacet, nec consentiat, Martius dif. 13. n. 129. Clericatus c. 73. n. 4.

2169. Pollutio autem in somnis potest sepe oriri ex causa praeterita; & tunc, si pollutio factura videatur ex causa illicita, aut otiosa, non necessaria, nec honesta, quae sit causa proxima ex natura sua ordinata ad Venerem, ut sunt tactus, & aspectus impudici, verba turpia, lectio, aut auditio turpium; tunc erit peccatum, licet non sit directe intenta, dummodo sit praevia; quia est voluntaria in causa, & indirecte volita: vide som. n. 188. Si vero res il-

la sit tantum causa remota, ut elus calidorum, nimia comestio, agitatio ex itinere, &c. tunc pollutio sequens non erit peccatum mortale, nisi sit directe, & expresse intenta; quia tunc est effectus per accidens, quatenus sequens ex causa remota, non ordinata de se ad Venerem; effectus autem per accidens non imputatur causae cum patienti: v. n. 2215.

INORDINATUS CONCUBITUS.

2170 **C**onstitit in modo non ordinario, sive in copula licita, sive illicita; potest esse mortalis, si fiat cum periculo impediendi prolem; si minus, erit venialis, immo si adfit sufficiens necessitas absque periculo, nullum erit peccatum in copula licita; quia procuratur jus proprium modo possibili.

SODOMIA.

2171 **P**erfecta, & proprie dicta, est actus libidinosus conjugatus inter mascululos, in vase non naturali. Unde ad sodomiam perfectam requiritur copula, & quod peccetur contra sexum, & debitum instrumentum. Hinc copula masculi cum foemina intra vas indebitum, & foemina cum foemina cum effusione seminis, est sodomia, sed imperfecta, & impropria; quia in prima non habetur identitas sexus. In secunda habetur identitas, sed non habetur vas indebitum, nec inter foeminas dari potest copula proprie dicta.

2172. Diana, Martius, & alii tenent, complexum duorum masculorum, quorum unus supercubet supra alium, sicut supra mulierem etiam cum affectu ad indebitum sexum, & cum effusione seminis, non esse sodomiam, sed simplicem mollietatem, cum cooperatione alterius masculi, & quod sufficit in confessione dicere: *Pollutus sum tactibus impudicis alterius hominis, & illum pollui faciens*. Mendo ver. Luxuria n. 18. quia circumstantia incubandi non mutat speciem.

2173. Pariter simplicem mollietatem esse dicunt, si quis se polluat inter coxpedices, brachia, seu alias partes foeminae, quae non sunt vas praeposterum, & sufficere, si dicat: *Pollutus sum tactibus impudicis mulieris*.

2174. In pollutione cum alio exprimi debet status illius. Et in sodomia, an sit cum masculo, vel muliere patrata, quia legitur diversa honestas.

2175. In nostra Diocesi Panormitana sodomia est reservata; ad quod non requiritur frequentia, sed sufficit, si semel committatur; quia in reservatione non solum

dicatur, *Nefandum sodomiae scelus excoecentes*, sed etiam *semel committentes*.

2176. Requiritur autem, ut actus sit consummatus inter mascululos cum effusione seminis intra vas praeposterum; quia nomine sodomiae reservata venit sodomia perfecta, non imperfecta; unde non venit sodomia facta inter foeminas, aut viri cum foemina.

2177. Sodomiam impuberis, si feminet intra vas, est reservata; quia est perfecta sodomia; nec tunc reservatio obstat impubertati; quia malitia supplet etatem: v. n. 1979. 2178. Probabilius mihi est, quod patiens comprehendatur sub reservatione, nisi sit impubes. 1. Quia est complex ejusdem delicti sodomiae perfectae; nec dicitur praecise sodomiam pati, sed etiam committere; quia tam agens, quam patiens dicuntur ad commissionem sodomiae concurrere.

2. Quia circumstantia agentis non mutat speciem, sed solum aggravat intra eandem speciem; unde circumstantia agentis, aut patiens, non sunt ex necessitate exprimenda. Ita probabiliter Diana pluries in locis, maxime p. II. tit. 1. ref. 11. & p. II. c. 2. ref. 4. cum pluribus, quia uterque contra naturam peccat, & uterque alterius peccato cooperatur. Et quatinus agens se polluat, patiens ejus pollutioni cooperatur. Est tamen explicandas, tenet Leander de pan. disp. 8. §. 3. q. 6. Quia agens se polluit, non sic patiens. Certum tamen est, quod si patiens polluitur, tenetur hanc circumstantiam fateri, tam ipse patiens, quam agens, qui est ejus cooperator tactibus, &c.

2179. Probabile autem purat Tambur. cum aliis, quod sub reservatione sodomiae non veniat patiens, nisi exprimat, sed solum agens; quia reservatio est odiosa, adeoque debet restringi ad sodomiam, quae ex communi omnium consensu est perfecta, qualis est ex parte agentis, non patiens; licet enim probabiliter sit, quod patiens sit perfecte sodomita, id tamen non concedunt omnes. Tunc quia iura magis puniunt agentem, quam patientem.

2180. Copula sodomitica non parit affinitatem; quia affinitas solum oritur ex copula naturali.

2181. Si vero copula sodomitica sit cum conjugatis, debet explicari circumstantia incestus, dicendo, *Commisi incestum sodomiticum*; quia major irreverentia fit conjunctioni per copulam innaturalem, quam per naturalem; similiter fit uxoratus, contrahit speciem adulterii, &c. An autem debeat exprimeri qualitate conjunctionis, consanguinitatis scilicet, vel affinitatis, & graduum,

v. g. cum fratre, nepote, &c. Respondeo, ut in n. 2153. & 2254.

BESTIALITAS.

2182 **E**st coitus hominis cum bestia: quod est gravissimum peccatum inter omnes luxuriae species; quia non servat identitatem speciei. Non sunt ex necessitate explicandae species animalium, nec an sit mas, aut foemina; quia est differentia tantum materialis in genere entis, non in genere moris.

2183. Ad hanc speciem reducitur coitus cum demone succubo, vel incubo; quia corpus ad demone assumptum, non est vere corpus humanum: debet autem in confessione exprimi; quia ei superadditur malitia contra Religionem, cum sit commercium cum demone, Dei & nostro inimico. Debet tamen exprimi, an demon fuerit sub specie foeminae, viri conjugati, aut voto castitatis ligati; quia tunc peccatum contrahit illam speciem malitiae, ob affectum ad eandem personam.

2184. Copulam cum foemina mortua non est peccatum fornicationis, nec bestialitatis, sed simplicis mollietatis, tenet Diana par. 9. r. 9. ref. 1. cum Tamb. quia fornicatio, & bestialitas est actio viventis cum vivente; unde solum est pollutio cum inanimato instrumento, uti esset cum statua; inanimatum autem instrumentum, quo quis se polluit, non facit mortificationem speciei, adeoque hanc circumstantiam non esse ex necessitate aperciendam, sed sufficere, si dicat: *Me pollui*.

2185. Dico tamen, quod si talis non sit illa sola copula cum mortua, sed ulterius dirigitur affectum, & cogitationem ad mulierem illam, ut erat viva (quod est verisimilius) tunc contrahit eam speciem malitiae inteream, quam obiectum habet in se, nempe adulterii, incestus, &c. uti de pollutione dictum est.

2186. Mollietis, sodomiae, & bestialitatis habent malitias speciei distinctas; quia peccata non distinguuntur specie praecise per oppositiones ad diversas virtutes, sed etiam per oppositiones ad diversas honestates ejusdem virtutis: sic contra quamlibet virtutem sunt duo peccata specie diversa, unum per excessum, alterum per defectum; ut prodigalitas, & avaritia contra liberalitatem; mollietatis autem, sodomiae, & bestialitatis naturae opponitur, sed per distonantias diversas, & contra honestates diversas; quis enim non videt, diversam distonantiam, inclinationem, & repugnantiam naturalem esse in bestiali concubitu, quam in sodomitico, & diversam in hoc, quam in simplici mollietate? ac propterea distinguuntur spe-

tie non solum in genere entis, sed etiam in genere moris: v. in pag. 2. *propof. 24.* ab Alexan. VII. damn.

2187 Prædictis speciebus addi solet.

IMPUDICITIA,

Oque constitit in tactibus, aspectibus impudicis, verbis obscenis, cogitationibus, & similibus.

2188 Tactus impudici sunt illi, qui de se ordinantur ad Veneream: hujusmodi sunt oscula, tactus mammillarum, & partium inhonestarum, qui de se sunt dispositiones ad Veneream, ac proinde sunt peccata mortalia, & contraheant eandem speciem malitiae, quam habet actus venereus, ad quem de se ordinantur, in confessione explicandam, nempe incestus, adulterii, & licet actus perfectus non sequatur, *num. 2274. v. part. 3. propof. 40.* ab Alex. VII. damn.

2189 Tactus autem, & aspectus de se impudici à peccato excusantur, si fiant ex necessitate, v. g. medendi, aut aliqua honesta causa puta mundandi, &c. licet exinde sequatur delectatio sensualis venerea, aut pollutio; dummodo non adit consensus voluntatis, nec sit intentus in tactibus, licet pravus; quia necessitate, aut honesta causa existente, delectatio illa sensibilis, & pollutio, quae sequitur, est effectus naturalis, & per accidens; homini autem prosequenti suum jus non imputatur effectus per accidens, & præter intentionem secutus, *Busemb. tr. 4. c. 2. dub. 1. n. 5. & 6.* Si vero quis expertus sit, se sæpius cecidisse in expressum consensum mortalem, non obstante necessitate, & honesta causa, debet se à tali causa abstinere. Idem dico de Confessario, qui audiendo peccata turpia in confessione experitur motus venereus sensus; hic non tenetur à confessione abstinere, nisi adit periculum consensus, quod colligitur, si sæpius expertus sit consensisse: v. n. 2166.

2190 Non est eadem ratio de aspectibus, & tactibus; quia tactus prope causant commotionem spirituum vitalium, non sic aspectus, unde solum aspectus partium inhonestarum sunt de se impudici, ac proinde aspectus mammillarum, curiositatis causa, sunt veniales, nisi adit periculum delectationis venereæ.

2191 Aspiciere congestum animalium, & maxime viri cum femina, aut illum studiose sentire, vel voluntarie cogitare, est mortale ob periculum proximum delectationis venereæ. Secus si ex abrupto, & casu repentino, *Maltrius disp. 11. n. 134. Clericatus c. 73. n. 18.* Idem dico de aspectu studiose mammillarum nudarum.

2192 Eadem ratione mortale est perficere pudenda brutorum, non solum ex fine venereæ de complacendi, sed etiam solius curiositatis causa videndi semen, *Diana p. 9. tr. 8. ref. 31.*

2193 Aspectus mulieris pulchrae cum sola complacencia de ejus pulchritudine non est de se peccatum, nisi ad malum finem ordinetur, *Calet. tom. 1. opuscul. 14. quæst. 3.* quia pulchritudo est donum naturale Dei: nisi adit periculum delectationis venereæ, propter quod non debet homo in hujusmodi aspectibus diu immorari: n. 2274.

2194 Verba turpia, & lectio turpium curiositatis, aut diversionis causa, sunt venialia, si non adit præfatum periculum, aut scandalum aliorum; à mortali autem non excuso, si non fiant per transitum, sed quis per longum tempus in iis immoretur; quia tunc regulariter adit periculum delectationis venereæ, & scandalum aliorum.

OSCULA.

2195 **O**scula considerari possunt ratione modi, vel ratione finis. Eadem respective dic de tactibus, & amplexibus.

Ratione modi, oscula alia sunt superficialia, & instantanea, alia pressa, & morosa.

2196 Ex parte finis sunt quadruplicis generis. 1. Sunt oscula data in signum sinceri affectus, aut urbanitatis causa; hujusmodi esse solent oscula superficialia, & instantanea.

2. Sunt oscula ob delectationem veneream. Delectatio venerea est, quae percipitur ex motu substantiae feminis, vel ex per se ordinatis ad illud.

3. Sunt oscula ob delectationem sensualem.

4. Sunt oscula ob delectationem sensibilem. Et quamvis difficile sit, delectationem sensualem & sensibilem distinguere, clarum tibi reddam, si attendas.

2197 Delectatio sensualis est illa, quae confurgit, & sentitur in carne ex commotione spirituum generationis intervenientium circa partes libidinosas: Delectatio vero sensibilis est illa, quae in ipso osculo residet, quae pertinetur ex tactu objecti molliis, & morbidi proportionati potentia coeluctivæ, & sensui tactus, prescindendo ab omni delectatione venerea, & sensuali, & à sine copulae. Ubi (ut vides) delectatio sensualis supponit, & subsequitur commotionem spirituum; delectatio vero sensibilis ab illa prescindit, quod si commotio spirituum adit, delectatio sensibilis, quae in osculo residet, eam præcedit ut causa.

2198 Hinc fit, quod delectatio procedat ab illis

lis ex osculo, inter solutos, est venerea, & mortalis; quia delectatio sensualis, quae confurgit, & sentitur in carne ex commotione spirituum generationis intervenientium, per se, & ex natura sua est ordinata ad copulam, seu ad motum feminis.

2199 Non obstat, quod ait Galenus *lib. 14. de usu partium c. 9. & 10. Venerea delectatio sola est, quae ex motu substantiae feminis percipitur. Quia ibi loquitur de delectatione consummata, quae oritur ex effectu completo, qui est venus. At non inde sequitur, quod delectatio sensualis, quae ex commotione spirituum in carne confurgit, non sit formaliter venerea; nam est causa apta nata motus feminis; actio autem in genere moris habet pro objecto effectum, & ab eo formaliter specificatur, ut constat exemplum actionum, & casuum furti, infra v. *Qui resistunt veneream.**

2200 Adeoque Doctores communiter concludunt, delectationem veneream esse illam, quae percipitur ex motu feminis, vel ex per se ordinatis ad illum, puta ex commotione pendendorum; five hæc habeatur ex oculis, tactibus, amplexibus, five ex cogitatione copulae, &c. *Verricelli tr. 4. qu. 1. Diana p. 4. tr. 4. ref. 136. Filiuc. Villal. & Com. apud ipsos.*

DIFFICULTAS

2201 **I**gitur solum remanere possit de oculis, ob delectationem sensibilem, quae in ipso osculo residet. Et quamvis olim plures scripserint, hujusmodi oscula esse tantum venialia, seculo periculo ulterioris consensus, & pollutionis: modo est omnino tenendum esse mortalia; quia oppositam propositionem damnavit Alex. VII. *in pag. 3. propof. 40.*

2202 Non dicitur, Alexandrum nomine delectationis sensibilis intellexisse sensualem. 1. Quia est voluntarie dictum: quoniam etiam ante damnationem Doctores semper delectationem sensualem à sensibili distinxerunt, ut videre est apud DD. *num. 2200. cit. 2.* Quia Pontifex aliqui novi, & quod Doctores doceant, damnavit: Non est autem novum, sed indubitatum semper fuit, delectationem sensualem voluntariam inter solutos esse mortalem, *Verricelli cit. num. 3.* Et in delectatione venerea non dari parvitatem materiae, modo dicemus. Ratio vero intrinseca est, quae sequitur.

2203 Dico 1. oscula pressa inter personas solutas ejusdem, & maxime diversi sexus, sunt peccata mortalia, *Verricelli cit. Filiuc. tom. 2. tr. 30. cap. 9. num. 179. Lessius, & Salas apud ipsos.*

Examen Ecclesiast.

Ratio est, quia ex osculo pressa naturaliter oritur delectatio naturalis sensibilis, quae est formaliter, & intrinsece venerea. Suadet: Ex contactu etiam pressa oris ad os naturaliter oritur delectatio sensibilis, quae ex natura sua est provocativa, & excitativa spirituum partium libidinosorum generationis intervenientium, ex qua commotione naturaliter confurgit delectatio sensualis, de *num. 2197.* per se, & ex natura sua proxime, & immediate ordinata ad motum feminis; igitur delectatio illa sensibilis, quae ex osculo pressa oritur, est intrinsece venerea, utpotè per se, & natura sua ordinata ad motum feminis, licet non tam proxime, & immediate, uti delectatio sensualis; causa namque per se causa, est per se causa causati; quod sufficit, ut in genere moris formaliter, & intrinsece ab illa specificetur.

Unde D. August. *lib. 4. de Civit. Dei cap. 16.* inquit: *Utrum sit multarum rerum libidinis, capen cum libido dicitur, nec cujus rei libido sit additur, non fore sicut animo occurrere, nisi illa, quae absque parte corporis excitantur: vide n. 2210.*

Et quo fit, quod hæc propositio: *Oscula pressa exercita inter solutos ejusdem, & maxime diversi sexus, sine malo sine sunt licita; sit falsa, & erronea; quia alias esset vera hæc propositio: Oscula exercita inter solutos ejusdem, & maxime diversi sexus, cum delectatione sensualis sunt licita: quia hæc virtualiter continetur in priori.*

2204 Probat ut fortiori: Tactus namque pressus mammillarum secundum communem & indubitatum sententiam *Verricelli cit. n. 12.* est venereus, & mortalis, ita ut in iure, c. 1. §. 1. *Quibus modis sensum amittatur.* Vassallus tangens mammillas dominæ privetur fudo, & non alia ratione, nisi relicta; quae videlicet procedit in oculis pressis, cum sint tactus magis proportionati sensui, & alectivæ carnis.

2205 Hinc de oculis pressis mentionem facit Ovidius epist. 2. *Oscula per longas jungerè pressa moras;* eaque esse naturaliter cum delectatione & suavitate conjuncta, ait Juvenalis *satyra 6. Ac mollia semper oscula delectem.* Unde Donatus in illud Terentianum; *O Tibi mea: ea vocat suavia, & libidinosas, his verbis: Tris esse osculandi genera; osculum scilicet, basium, & suavium; oscula osciorum sunt; basia pudiciorum affectuum, suavia libidinum, vel amorum.*

Sicque, quae urbanitatis causa dantur, aut quae more patriæ, dicuntur *para Oscula.* Quae ob pudicum affectum, ut inter parentes intimos, *Basia.* Quae ob delectationem sensibilem, *Suavia.*